


1114





SANCTISSIMI

PATRIS ILLEFONSI

ARCHIEPISCOPI TOLETANI,

nen. ni eorum qui post ipsum fuerunt, vel sanctitate, vel erga virginem Mariam singulari deuotione, eloquentiaq; secūdi, aureus libellus de illibata virginitate sanctæ Ma-

rie, genitricis Dei, ac dominæ nostræ: industria

fratris Michaelis Carrançæ Valentini, Theo-

logi, ex inclyta, antiquaq; Carmelitarū

familia, nunc primū in lucem editus,

& scholijs eiusdem, capitumq;

summarijs illustratus.

Accessit operi epitome sententiarum, quas sanctissimi patres in laudem virginitatis Mariæ decantarunt: auctore eodem fratre Michaeli Carrançæ Valentino, Carmelitarum instituti, Theologiæ professore.



lit. 5+6

Cum privilegio ad quinquennium.

V A L E N T I A E,

Excudebat vidua Ioannis Mey.

1556.

Tandem Mors

J.

D.

Toio

Castro

22 Censura, & approbatio libelli
beati Illefonfi de illibata vir-
ginitate sanctæ Mariæ.

EGO frater Michaël Carrāça, Theolo-
gus, & ex commissione R. P. Inquisito-
rum in regno Valentiaë examinador, vidi,
ac diligenter inspexi librū aureum beati
patris Illefonfi de perpetua virginitate san-
ctæ Mariæ: in quo omnia fidei catholicæ
consona sunt, & pietatē christianam, & san-
ctissimæ Mariæ defensionem continentia:
sed quæ vitio scriptorum, aut temporū in-
iuria, deturpata erant, nostra diligentia, in
pristinum statum sunt restituta. Quare tan-
quam dignū, quod manibus sapientum tra-
ctetur typis excudēdum, meritoq; euulgan-
dum censeo: in cuius rei testimonium has li-
teras nostræ examinationis & approbatio-
nis in frontispicio, iuxta sanctorum patrū
decreta, apposuimus. Dat. 19. Decembris,
Anni. 1555.

Magister. M. Carrança.

FRATER MICHAEL
 CARRANCA THEOLO-
 GORVM MINIMVS, ET COENOBII
 Carmelitarum Valentie Prior, Reue-
 rendo domino Gregorio à Miranda,
 viro professione vtriusq; iuris peri-
 tissimo, ac in regno Valentino de
 fide catholica cognitori vi-
 gilantissimo. S. D.



*Æpe mecum cogitanti
 (Miranda doctissime)
 quid possem tibi, quod
 gratissimum foret, &
 mei in te amoris propen-
 sissimi pignus offerre,
 tuorumq; in me beneficiorum cumulo pro
 dignitate satisfacere cupienti, obtulit sese
 mihi (fortuna licet aduersa, Deo tamē pro-
 prijs votis annuente) Ille fonsus ille Toleta-
 næ quondam ecclesiæ presul: vir sanè præ-*

* ij ter

ter christiane professionis laudem, omnium
virtutum splendore refulgens, & in sacris
literis non vulgariter eruditus. Obtulit, in-
quam, sese mihi libellus quidam aureus hu-
ius sanctissimi viri, quem de illibata sancte
genitricis dei virginitate conscripsit: opus pro-
fecto non minori sanctitate ac in Dei ma-
trem, nostramque patronam singulari pieta-
te, quam varia scripturarum lectione re-
fertur: tanto denique opus homine dignum.
Quod quidem si cum ceteris eius beatissi-
mi patris, fuerit diligenti censura collatum,
ita longo superat intervallo: ut in hoc per-
petuum virginis amatorem, in alijs vero fa-
mulum, etsi dilectum loquentem audisse co-
gnoscas. Tanta enim in hoc opere sanctissi-
mus ille presul apparet in virginem maria
charitate refertus: tanto ipsius intacte vir-
ginitatis zelo commotus: tanto denique beatis-
sime illi dilectae amore copulatus: ut iam non
ipse

ipse intemeratam sacrae parentis virginitatem contra, suo tempore, pravi dogmatis inventores, sed ipsamet virgo decora, dilectissimi ore viri locuta, seipsam cogente ratione, ac impium hostem infracto telo vincere videatur. Inter pulveres autem tuus dilectus Illefonfus iacebat oblitus, te, fidei sacrae prementibus negotijs, vehementer occupato. At cum saepe tecum familiariter agerem, & aliquando de literarijs rebus, atque florentissimis antiquitatis scriptoribus sermo fuisset introductus: coepimus ambo, non sine ratione dolentes, Hispaniam nostram culpae: quod in re tam seria, tam longo tempore dormitasset. Nam quis, nisi mentis inops, abunde non intelliget, Galliam olim, Italiam, atque adeo Germaniam ipsam, magnum sibi honoris, & immortalitatis nomen comparasse, dum sacros scriptores genuinos, ac domesticos, abhibita solerti cu

ra, typis excusserunt, & in hominum lucē,
summa cum gloria ediderunt? Sed quid ego
solūm domesticos retuli? Imò verò & no-
stros, perinde ac proprios, & sibi natos acci-
uerūt. Verūm Hispania nostra, totius igna-
uiæ proculdubiò parens, suiq; prorsus hono-
ris oblita (bellorū forsam tumultibus, Go-
thorum tempore agitata, barbarorumque
oppressione turbata) nihil huiusmodi: cū
tot viros illustres, vita, eruditione, morumq;
sāctitate præclaros, atq; nomine, ingenio, ac
animi fortitudine, veros Hispaniæ filios, &
à doctissimis viris nimium hæcenus desi-
deratos, typis nondū excussos, puluere cra-
so detectos, in cœno, ceu margaritas ignotas
nostris etiam temporibus, iacere videamus.
Hæc itaq; & id genus alia, vicissim collo-
quentibus nobis, teq; ad maiora negotia,
tunc temporis, præ more conuerso; solus ip-
se in bibliothecam tuam descendendi, ibiq; in-

nu-

numeram librorum multitudinem, hinc inde reuoluens, inueni felix, quod & tota mēte petiui. Inueni, inquam, Ille fonsum illum superius memoratū, tui iuxta ac mei fidelissimū patronum, Toletanæ Ecclesiæ præsulū gemmā, & virginis Mariæ singularissimū amatorem. Ceterū cū nihil in hac mortali vita, hominibus soleat tam iocundum euenire, quod rebus amaris non sit vnde quaq; permixtum, lætus ipse fronte prima libellum de re altissima differētem offendi: post modum verò animum despondere cogebat. Siquidem quod titulus optati libelli promiserat, contextus tui codicis insulse negabat: tantis erat mendis, scriptoris vitio, scaturiens. Quare cū codex ille mendosus, rem alioqui supremam, legenti redderet subobscurā, ne res scitu dignissima, mea incuria à sapientum oculis exularet, adhibita huic negotio necessaria cura, nul-

* iij liq;

liq; parcens labori, coactus omnino fui, co-
dicem magis correctum inuestigare. Sed ta-
men cum iam labore defessus, ab incepto
diuertissem, nullumq; alium præter nostrum
mendosum, in regno Valentia inuenissem, à
cœnobio Hieronymiano Gandiensi deside-
ratum libellum, licet non ex omni parte cor-
rectum, nostro tamẽ haud dubiè veriore,
diuino, vt suspicor, fuit mihi munere colla-
tum. Quare hunc beatissimi Archiepisco-
pi libellum, quem in tua reperi bibliotheca,
cum typis adhuc mandatum non esse intel-
ligerem, beatum me profectò putavi, si ex-
cussum eundem, & mea qualicumq; opera
à blattis & tineis quibuscum miserè collu-
etabatur, expurgatum, tibi christiana ve-
ritatis amatori protinus reddidissem: dum
tamen mihi sacri Inquisitionis magistratus
copia (qua cætera quæq; in lucem prodeunt)
& autoritas concessa suffragetur. Acci-
pies

pies igitur (catholicae Philosophiae prote-
ctor) hæc laborum meorum initia, quæ sat
scio tibi pro tua singulari in sanctissimū vi-
rū pietate, per quā gratissima fore: licet pen-
sata laborum meorum paruitate, immerita
sint, quibus tanti viri autoritas suffragetur.

Accipies inquam quo animo soles optima
quæq; hunc felicissimi Archiepiscopi To-
letani libellum, expectatum satis, & mea
industria recenter excussum, multisq; vi-
gilijs (secundum quod nacti fuimus exem-
plar) pro modulo nostro, diligenter expur-
gatū: accepturus brevi (auspice Deo) mul-
to maiora meæ tantillæ eruditionis indicia,
bene & feliciter vale: meq; vt soles a-

ma. Valentia ex nostro Carmelita-
rum cœnobio, pridie Calendas

Octobris. anno ab orbe re-

dempto. 1555.

* v

Gre-

AGGREGORIVS A MI-
RANDA, IVRIS VTRIVSQUE
PROFESSOR, ET IN REGNO VALEN-
tino contra hæreticam prauitatem imme-
ritus Inquisitor, R. P. fratri Michae-
li Carrançe Theologo doctissi-
mo, & cœnobij Carmelitarum
Valentiæ Priori dignis-
simo. S. P. D.



Llefonſi ſanctiſſimi, ac
doctiſſimi præſulis Tole-
tani libellum, cum tua
induſtria, R. Prior, legiſ-
ſem, alijsq; pluribus doctis viris & vi-
dendum & legendum præberem: om-
nium ſuffragio dignus, vt prælo mā-
detur, eſt viſus. Eſt enim libellus ve-
rè aureus: iucundus lectu: ſententiarū
pondere grauis: ſapientia, ſcientiaq;
profundus: pollens ingenio: ſtyllo ele-
gans:

gans: sermone liquidus atq; disertus:
fluminum placidissimorū instar pro-
fluens: integer, & catholicus: pruden-
tiæ sale conspersus: virginis & matris
Mariæ decoris (vt par est) acerrimus
defensor: diuini denique doctoris elo-
quentiam præ se ferēs, ac maiestatem.
Quod autem tantum vtilitatis Reip.
christianæ mea attulerit bibliotheca,
Deo seruatori maximo, eiusq; matri,
ingentes refero gratias. Sed meam
equidem inertiam, tanti viri thesau-
rum puluerulentum, & oblitum, hu-
cusq; exolescere finentem, doleo, &
vehementer incuso. Vehementius
tamen, grauiusq; dolendum, quod no-
stri seculi desidia, & Hispaniæ magna
incuria, tot sanctissimi patris librorū
volumina periere. Verū quæ hactē-
nus huius beati viri, aliorumq; san-
ctorum

etorum opera sepulta iacent, & incul-
ta, tua aliquando diligentia in lucem
prodire terfa, confido. Vt autem hæc
eueniãt, ab improbo labore ne cesses,
operę precium est. Quamuis enim me
non lateat, R. Prior, te tui familiari-
bus conuentus negotijs, & sacris con-
tionibus maximè occupatum: huius
tamen rei curam, uidelicet, vt diui pa-
tris Illefonfi lucubrationibus, sum-
mam adhibeas manum, committere
placuit: cùm vt nostro (cui præsumus
officio) sit satisfactum, ne scilicet he-
reticorum malitijs, & obtrectatorum
inuidiæ anfa præbeatur: tum etiam
quia in tuæ Carmelitanæ religionis
honorẽ, hoc maximè cedat, quæ vir-
ginis Mariæ titulo, meruit præ om-
nibus, insigniri. Filius ergo quæ ma-
tris sunt, diligenter curet, ac quæ sibi
sunt

sunt gratissima vehemēter attollat.
Ob idq; obsecro, vt si iam sæpius per-
legisti, iterum relegas: ne forsam aut
temporum iniuria, aut scriptorum
vitio, aliquid à sanctissimi viri insti-
tuto, & scopo alienum, operi permix-
tum sit: quod si forsam contigerit, tuæ
discretionis lima dolas, polias'que.
Hæc sunt enim viri religiosi honesta
exercitia, in quibus laborare, dedeco-
ris nō est, sed otiari. Maxima, īquies,
res est, & omnium votis eruditorum
expetenda, non (vt aiunt) de lana
certare caprina, sed rem heroicam ag-
gredi, sepultosq; à mortuis excitare:
non item quoslibet, sed sanctissimos,
doctissimosq; viros. Quibus si dare-
tur (quod minimè decet) Deo tū suæ
ecclesiæ curam habente, tū etiā quia
neq; ipsis tanta est desideranda cala-
mi-

mitas) iterum hanc vitam induere miseram : tot superba hæreticorum ingluuies, & blasphema ineptissimorum caterua, blaterare minimè auderet . Fateor equidem maximam esse rem:ideò eximia hæc eruditionis prouincia, non nisi fidelissimis & doctissimis viris est proculdubiò committenda . In quorum numero , non solùm meo iudicio , verùm omnium sapientum , qui te norunt , suffragijs, tu ipse es meritò referendus . Age igitur, & præter hunc honestissimum laborem, alios eiusdem generis subire, ne cesses: vt pote qui religioni christianæ maximum cōmodum sint allaturi . Cæterùm quod meo nomine, in signe hoc opus beati Illefonti edendum, sapientumq; oculis conspiciendum, & legendum

voluisti, magnas habeo gratias: quan-
doquidem equas referre non possum.
Vale optime Prior Carrança, & me-
tuis, tuorumq; monachorum
precaationibus cōmenda-
tum habe. Ex nostra

Inquisitionis do-
mo. 4. no. O-
ctob. anno

1555.



VITA SANCTISSIMI

patris Illefonfi Archiepiscopi Toletani, ex varia
librorum antiquorum lectione collecta, per Fra-
trem Michaellem Carrançam ex professo mo-
nachum Carmelitam, & cœnobij Car-
melitarũ Valentiaẽ Priorem. 155.



Anctus Illefonfus natione Hispanus, ab
inclyta regni Castellæ oriundus Tole-
to, ex clarissimis ac illustribus fuit pa-
rentibus, tam moribus, quàm generosi-
tate præclaris: possessionum & multar-
um diuitiarum opulentia locupletibus, patre videli-
cet Stephano, matre verò Lucia. Quos Deus tanta
virtutum, ac gratiarum abundantia, & morum hone-
state dotauit, vt omnes illius populosæ ciuitatis ma-
gnates, longissimo reuera superarent interuallo. Bo-
nam hi tantarum opum suarum partem, pauperibus, ho-
nestisq; locis, annis singulis conferebant. Vtq; interim
complura eorum singularis memoriæ opera silentio
prætermittam, hoc vnum obiter ab eisdem sanctissi-
mi viri progenitoribus factitatum insigne opus memo-
rabo, Proseucham nimirum, in suburbio Toletano,
qua miseri, & calamitosi pauperes, & fouerentur, &
alerentur, proprijs sumptibus mirificè constructam.
Quibus per multa annorum spacia, in sancto matrimo-
nio, sine prole vitam ducentibus laudatissimam: Lucia
mater, virgini gloriosæ Mariæ sedulum quotidie exhi-
bebat officium, deuotissimis precibus, ac lacrymoso sin-
gultu

ILLEFONSI.

gultu, ab ipsa filium postulans, quem eiusdem obsequio perpetuo, honoriq; manciparet. Beatissima tamen virgo Maria precibus non defuit supplicantis. Quippe cū perseueranter orasset, longissima neutiquam expectati doni dilatione turbata, clementissimam Dei matrē, corpore licet dormiens, corde autem non segniter vigilās, nocte quadam videre promeruit: huncq; eidem gloriosa virgo, in somnis, fuit affata sermonem. Quia infracto animo, iustissimas preces mihi diligētissimas obtulisti, assequeris haud dubiè quod fideliter postulasti, pulsoq; procul mœrore, gaudium experieris optatum. Filium namq; tibi eximia sanctitate fulgentem, honorisq; mei acerrimum defensorem, & ecclesie Catholice fulgētissimum sydus, cœlesti dono promitto. Hanc deniq; lucem ex te Lucia nascituram intellige, quæ prodigioso radiorum splendore, totam, hæreticorum tenebris offuscata Hispaniam, illustrabit. Absoluta itaq; promissione, recessit visio. Mox Lucia voti compos effecta, concepit filium, & nimis læta parturiens, in lucem edidit, quem lux diuina promissit. Baptizatur infans, ac diuino nutu Illefosus appellatur. Alij Alfonsum, alij Ildefosum nominant. Tenerrimè quidem filiulus à matre dilectus, non parùm deuotè ac religiosè ab ipsa educatur. Vix enim erat duorum annorum, quādo ætas infirma, vires tenellæ, captus imbecillis, affectusq; ad eximia immaturus esse solet, & iam infans sanctissimus salutationem Angelicam, à matre religiosa, non minus fructuosè, quàm diligēter edocetur: quam adeò infans memoriæ fixit, vt vix aliud in ore toto die gestaret.

**

Cresce:

VITA BEATI

Crescebat sensim, & corpusculi membra paulatim solidans, animi dotes ad virtutes, studiaq; repentè conuertit. Temporibus autem Aurasij Toletanæ sedis Metropolis Episcopi, virtutis ac eruditionis nomine clari, & Christianæ literaturæ titulo singularis, vir erat Eugenius, sanctitate ac omnigena sapientia celebris, ecclesiæ Toletanæ primum clericus laudatissimus, post autem progressu temporis eiusdem metropolitanus Episcopus, & beati Illefonsi consanguineus (vt creditur) satis propinquus. Huic sanctissimus puer, grandioris ætatis à parentibus traditur instituendus. Quem cū Eugenius auunculus puerilia prorsus obliuiscens, animum ad maiora & præstantiora protinus conuertisse, & in Christiana philosophia nõ vulgariter consummatum, omnes coætaneos cū scientia, tum etiam virtute, honestateq; superasse videret: aptiorem locum ubi sanctissimi pueri pectus consummatam ebiberet disciplinã, & omnium scientiarum encyclopædiam absolueret, cœpit inquirere diligenter. Eugenio tandem Hisidorus Hispalensis episcopus, primū in mentem venit, quẽ sic vnicè diligebat, & vicissim alter amabatur ab altero, vt nulla præter hanc, eo tempore, haberetur amicitia consummatior. Hisidorus autẽ Hispali collegiũ construxerat opulentũ, in quo bona adolescentum ingenia excolerentur, & in desideratissima Theologiæ sapientia prorsus erudirentur. Cuius nomẽ celebre vnde quaq; diffusum, id effecit omnino, vt multi eò confluèrent, in quo & summopere florere. Eò se beatus Illefonsus contulit. literis à beato Eugenio acceptis:

quibus

ILLEFONSI.

quibus gloriosus Hisidorus nimis letus, & hilarior factus, ceu filium recepit commendatissimum, ac ipsum in praefato collegio sufficienter enutrit, & diligenter instituit. Rem igitur ingeniosus adolescens serio aggressus, totum se otio literario dedit, pietatis, ac christianitatis officia, nullatenus obliuiscens. Ter enim in die Iesu Christo seruatori nostro, ipsiusq; matri preces fundebat deuotus; reliquum verò temporis, aut legendo, aut disputando, aut docendo consumebat. Et licet totius eruditionis finem fuisset non mediocriter adeptus, in philosophia tamen naturali, & Astrologia, & omnium scientiarum principe Theologia, se duodecim annorum spacio versatissimum ostendit. Tunc si qua esset inter commilitones, difficilis alicuius eruditionis quaestio suborta, conquiescere animos etiam Classicorum doctorum videres, quando doctissimus Illefosus propriam sententiam proferebat. Cum itaq; sanctissimus vir laboribus multis, vigilijs assiduis, frequentiq; exercitatione, omnigenam eruditionem cum summa probitate coniunctam, vt in votis erat, fuisset omnino consecutus: à beato Hisidoro gratia & benedictione suscepta, proprios decreuit repetere lares. Huc igitur sic eruditum ciuem, virtutibus, ac generosis viris Hispalensibus stipatum, Toletana recepit patria felix. Laetati sunt ciues, Theatralia docti parabant, & equites cuncti sua festa fecerunt. Ibi autem cum se totius eruditionis titulo singularem, & acumine ingenij nemini ferè secundum, facundia praeditum, scribendi stylo faciem, atq; deuotum, morum grauitate eximium, & vite

** 2

sancti

VIVA BEATI

*sanctitate præclarum ostēdisset: venerabilis Hæladus
 Toletanæ sedis tunc temporis Metropolitanus episco-
 pus, qui ecclesiam Toletanam octodecim rexerat an-
 nis, ultimo vitæ suæ tempore, ipsum leuitā ordinavit,
 quemadmodum ipsemet, de seipso testatus est. Mortuo
 etiam Hæladio, ab omnibus qui post ipsum secuti sunt
 archiepiscopis, plurimū vir sanctissimus adamatur. Iu-
 stus enim eiusdem Hæladij in disciplina monastica di-
 scipulus, & in episcopali dignitate successor, beatum
 virū plus cæteris diligebat. Post quem Eugenius qui-
 dam eiusdem Hæladij tantūdem in monastica vita disci-
 pulus, sanctissimo viro se nihil charius possidere putas-
 bat. Tandem beatus Eugenius sancti Illefonsi auuncu-
 lus, & prædicti Eugenij successor gloriosus, diuū Ille-
 fonsum, ecclesiæ Toletanæ Archidiaconum fecit, ac vi-
 carium suum, totiusq; Archiepiscopatus visitatorem
 generalem instituit. Qui cū honores huiuscemodi, ve-
 luti sibi plus satis onerosos molestè ferret, profun-
 diusq; cadere timeret, dum altius eleuaretur: obedi-
 tiæ merito, & regularis obseruantie iugo submittere
 colla duxit. Re igitur maturè considerata, diuino spi-
 ritu ductus, Agaliense monasterium, ordinis sancti Be-
 nedicti, quæ nūc est ecclesia sanctorum Cosmæ & Da-
 miani in suburbio Toletano, secretè quoad eius fieri
 potuit, (vno dūtaxat rustico, qui ipsum euntem eò vi-
 derat excepto) mutatis vestibus adiit. Pater verò ab
 ipsomet rustico, certior factus, cū filium vnicum, &
 omnium bonorū heredem optatum, monachum futurū
 in Agaliensi monasterio suspicaretur, magnatum ma-
 gna*

gna comitatus caterua, illum insequitur. Quem filius
 iratum timens, diuertit paulisper à via, & sub umbro
 sa petra, quousq; pertransiret pater, vir sanctissimus la
 titabat. Quid plura? Subitò iratus pater monasterium
 inuadit, vim armis adaugens ingreditur, Abbatē Deo
 datum, cæterosq; monachos, atq; adeò totam domum
 destruere pollicetur, nisi aut filium restituāt receptū,
 aut deinceps venientem à monachali consortio sine mo
 ra expellant. Cui Abbas, cæteriq; Agalienses monachi
 religiosè (vt ordinis ratio postulabat) responderunt, se
 neq; filium, neq; alium quempiam iuuenem recepisse.
 Furibundus itaq; recedit pater, at intrepidus accedit
 filius: Deodatum humilis & salutatur, & alloquitur: vo
 tum copiosè explicat, seq; ibi monachū fieri postulat.
 Quem cum Deodatus doctum & benè natum collige
 ret, Comitio illum offert, & (ò mira res, & beati pa
 tris dignitas admiranda) facili negotio ad communem
 ipsorum viuendi modum ab omnibus acceptatur. Quos
 tunc elegantissima & deuota concione beatus Illefon
 sus ita letos reddidit, vt hominem sibi diuinitus datum
 singuli faterentur. Cæterum pater re protinus intelle
 cta, & iam orbatū filio seipsum sentiens, quodam furo
 re repletus, & mentis cæcitate proculdubiò cæcus, a
 pud diuum Eugenium Archiepiscopū, de Abbate, fra
 tribus, ac monasterio conquestus est: & cunctis ferox
 ruinam minatur, quòd filium vnicum, & vnicè dile
 ctum, inuito eo, monachum reddedissent. Tunc tempo
 ris beatus Eugenius patrem magna sermonis acrimo
 nia redarguit, & vti dignitas personæ exigebat, incre
 pauit.

VITA BEATI

pauit. Nosti? inquit, filium tuū in ecclesia Hispaliarum
 primatē à me plus cæteris honoratum, nosti diuitem,
 nosti meo fauore vnquàm destitutum, nosti à cunctis
 adamatum, beneuolum & exaltatum, in quibus vita
 singularis & morum probitas, præstabilem & gloriosum
 fecit: non elatum, sed oppressum: non superbum
 & exaltatum in mirabilibus super se, sed humiliorem
 cunctis, abiectum, atq; despiciabilem valde. At vocatus
 à Deo ad multò maiora & præstantiora, æternaq; be-
 neficia capeffenda. Hæc omnia nostra, sibi pro dignita-
 te collata, vti stercora arbitratus est, solū vt Christū
 nudum, huncq; crucifixum lucraretur. Quid tu ergo
 effrænis cogitas contra stimulum calcitrare? Ecquis po-
 terit (dicas obsecro) resistere spiritui, qui in eo fortis-
 ter operatur? Caue igitur audax, crede mihi, ne dum
 ineptæ carni modicum acquiescis, spiritum afflictum
 experiaris in die mala. Flectitur his pater, & à Deo
 (vt creditur) repente mutatus, diuertit prorsus ab in-
 cepto. Attamen læta mater Lucia, clarissimis Toleti scæ-
 minis comitata, monasteriū petit, Abbatem cæterosq;
 illius professionis monachos urbanè salutat, prudenter
 alloquitur, ac pro filio, eorum cætui coniuncto, gratias
 retulit ingentes. Tunc filium adhuc nouitium, præter
 morem, sibi videndum tradiderunt. Quem cum, magna
 lacrymarum affluentia, osculata mater fuisset, charita-
 tem, pacem, ac ordinis laudatissimi rigorem & obser-
 uantiam, plurimum inter cætera commendasset, in do-
 mino benedixit: se, suaq; omnia monasterio deinceps
 seruitura promittens. Quod etiam pater sequenti die

lacr

ILLEFONSI.

lacrymis mulieris amantissimæ delinitus, præsentibus viris claro stemmate natis, & promissit & præstitit. Sanctus verò Illefonus parentibus suis peccatis omnino, & à propria sententia prorsus declinantibus, se totum Deo, regularisq; observationis iugo summissit: ac Deo studiosè deseruiens, in vigilijs & orationibus, & rebus literarijs, totum tēpus vsque adeò consummebat, vt omnes illius cœnobij fratres tantam huius viri sanctitatem, haud immeritò mirarentur. Transacto autem alicuius tēporis spacio, Abbas Deodatus præsentis vitæ miserandos labores, æterna gloria, paceq; perpetua cōmutauit. Quem cū cœnobitæ honorifica sepelliendi pompa donassent, celebrandis comitijs tempus indicitur, admonenturq; fratres à præfectò comitij, vt vnus ex ipsis, Abbas totiusq; gregis pastor vigilantissimus, ritè ac canonicè eligatur. Tunc beatus Illefonus omnium suffragijs, pastoralis cura, cæteris dignior inuenitur: & vt onus iniunctum subiret, ab omnibus electoribus rogatur. Sed ô mira, & vera sanctissimi patris humilitas, renuit omnino, ac se tanto honore indignum, laboriosæq; pastoris curæ disparem publicè cōfiteatur. Vtpote qui ætate, scientia, moribus, & sanctitate vel eorum minimo esset inferior, & in monastica vita parum exercitatus. Cæterum cū illi vehementius vrgerent, & supplices iuxta vniuersorū suffragia, dignum esse iterum repeterent, non potuit sanctissimus vir, tantorum patrū ætate, vita et eruditione venerandorū votis, pijsq; ipsorum desiderijs nō acquiescere. Curam ergo illius domus religiosæ, non honoris causa, sed pos-

VITA BEATI

tius ut huiusmodi onus, ac laborem subeundo, opportunius inferuiret Deo, suscepit. Post verò omnes Deo, gratias referentes, Te deum laudamus, hilares cecinerunt in terra, angelis (ut creditur) respondentibus in cœlo. Magistratus autem suscepti onus, patientissimè ferebat, pabulum vitæ omnibus secundum indigētiam sedulò subministrans. Lætus bonis, austerus indomitis, sed reis pœnam, iuxta delictorum mensuram, inferendam, quadam animi pietate, ac misericordia temperabat. Neminè vnquam suæ familiaritatis pœnituit: omnes cum ipsum alloquerentur, sua erant responsione contenti. Omnia secundum rationem, omnia deniq; vir gloriosus in laudem Dei faciebat. Parum autem post susceptam pastoralem curam, Stephano orbatur patre. Mater etiam post annum periculosè cœpit egrotare, & ad extremam vitæ suæ horam perueniens, cum beatissimæ virgini Mariæ esset non parum familiaris, atq; deuota, meruit ante mortem, Mariæ deiparæ visione frui, ac dulci frequentiq; ipsius colloquio consolari, ut sequenti die, facta re diuina, gloriosè obdormiret in domino. Eius verò animam, virgo gloriosa Maria, beatissimo ipsius filio illesonso diuinæ beatitudinis ædes ingredientem, & eum sanctis angelis exultantem ostēdit: qui pro tantæ rei visione, & dilectissimæ matris gloria gratias Mariæ innumeras humiliter egit. Statim ergo sanctissimus vir, ciuitatem ingreditur, & matrem iuxta patris sepulchrum, ut personæ & meritorum dignitas postulabat, honorificè sepeliuit. Deinde verò parentum suorum hæreditate suscepta, ibidem

ILLEFONSI.

monasterium quoddam celebre in honorē sanctæ Mariæ virginis, proprijs sumptibus, summa cum omnium admiratione, construxit: in quo sanctæ mulieres, & religiosæ fœminæ, honestissimè habitarent. Concilio autem Toletano decimo, sub beato Eugenio Archiepiscopo Toletano, & Fugitino Hispalensi, & Potamio Bracharensi, alijsq; viginti duobus episcopis, beatum Illefonsum crediderim Abbatis nomine interfuisse. Nā institutum legimus ibi festū beatæ Mariæ semper virginis, quod etiam nunc tota Hispania, Expectationis nomine celebratur, octavo die ante seruatoris nostri natale. Quod nutu, & voluntate sanctissimi viri beatæ Mariæ singulariter deuoti, crediderim factū. Quia, vt conciliorum habet volumen, dies solennis Annunciationis frequēter cadit in diem ita propinquum Passionis, aut Resurrectioni Dominicæ, vt ab Ecclesia, & christiano populo, die proprio de more, celebrari non possit. Hoc autem festum, post modum fuit celebrius factum Hispanis, eò quòd beatissima Virgo, eodē die, sancto Illefonso apparuit, vt statim à nobis inferius explicabitur. Nono quidem anno Christianissimi regis Reccesunthi, moritur Eugenius Toletanæ sedis episcopus, postea verò in diuorum numerum relatus, cui omnium eligentium cōsensu Illefonsus Abbas licet inuitus meritò subrogatur. Cuius tempore tres hæretici ex Gallia Gothica, in Hispaniam venerunt, & inuiolatam sanctæ Mariæ virginitatem, sacrilego ore, & prauo pestilentis animi dogmate, polluere conati sunt, impij Arrij virus excitare volentes. Horum alteri Hel-

** v

uidio,

VITA BEATI

uidio, alteri Iouiniano, tertio autem Pelagio nomen fuit. Qui sic à scriptoribus appellati sunt, quia Heluidij, Iouiniani, & Pelagij dogma fuerint imprudenter sequuti: uti nos hodie Lutherum quoque solemus appellare, inepti Lutheri dogma sequentem. Heluidij enim ac Iouiniani errorē, multis ante annis, diuus Hieronymus non minus eruditè quàm piè labefactauit. Quidam verò duos fuisse tantum commemorant, Teudium alterū, alterumque Pellagium: quos Alfonsus rex Castellæ Heluidium, Pellagiumque appellat: at Rodericus Archiepiscopus Toletanus Heluidium, atque Pellagium. Nos verò iuxta titulū libelli sanctissimi viri, tres fuisse putamus, priorum hæreticorum sectatores. Quos, cum ferè totam Hispaniam infecissent, ac virginitatem beatæ Mariæ audaciter infamassent, beatus Pontifex Illefon- sus, sanctæ Mariæ deuotus gratissimus, orans prius & gemens, & ab ipsa humiliter auxiliū postulans, suumque honorem fideliter zelans, facundia gratia, & scripturarum testimonijs ita refutauit, ut confusionis & verecundiae plenos, ab Hispanijs abegerit. Quo tempore elegatissimum librum de virginitate illibata, sanctæ Mariæ virginis diligenter scripsit, & per diuersas Hispaniæ partes rogatus transmissit: cuius sententiarum pondere, & verborum grauitate, totum fœditissimum dogma protinus exulauit, omnibus ad fidei catholice veritatem tam citò redactis. Et cum sanctissimus præsul in secretiori esset parte palatii sui, vigilijs & orationibus vacans, & ad altissimam libelli sui sententiam, & scopum, suum animum conuertisset, subito sibi inteme-

rata

IL LEFONSI,

rata virgo apparuit, & dulciter cum ipso loquens, diligentiam in scribendo, & suæ virginitatis ardentissimam defensionem, plurimum commendavit. Quare repentinæ visionis dulcedine, sanctus vir nimium gratulatus, in eiusdem beatæ Mariæ deuotione in dies augebatur. Tūc secum ipse cogitans, quo nam modo virginis Mariæ deuotio cresceret, volens ipsam altius honorare, quā plurimos Archiepiscopos, & Episcopos, aliosq; ecclesiæ prælatos, crebris literis, & precibus, simul in vnum congregauit: apud quos doctissimam, ac deuotione plenam concionem habuisse memoratur: in qua diligenter exposuit, quo pacto salutem animæ, hæreticorum malitia deperditam, propter Iesu Christi seruatoris nostri, & beatæ Mariæ beneficium, omnes misericorditer recuperassent: atq; gratissimam, acutissimarum rationum congerie, verborum, sententiarumq; grauitate, & sacrarum literarum copioso testimonio, virginitatem dominæ nostræ, plurimum commendavit. Ad hæc etiam anxie nimis, & feruenti petitionis affectu, omnes illos Hispaniæ prælatos, deprecatus est, vt in honorem beatæ Mariæ & in reparationem illatæ sibi ab hæreticis iniuriæ, festum solenne, singulis annis, in Hispania coleretur, decimo quinto Calendas Ianuarias: quo die, vt diximus, ex decimi concilij Toletani constitutione, festum Annunciationis Mariæ, tota Hispania celebratur. Placuit omnibus sanctissimi viri deuotio, ac omnium decreto per Hispaniam celebris expectationis commemoratio statuitur: vtq; in ipso solennitatis die, lectiones in matutinali officio, ex libello

VITA BEATI

lo beati Illefonfi legerentur, singuli eorum in suis ecclesijs ordinarunt. Quibus feliciter absolutis, de beatissimo Illefonso multa sibi in posterum promittentes episcopi, ad propria remearunt. Post hæc sanctus præsul deuotioni, ac misericordiæ operibus totus deditus, corpus sanctissimum virginis & martyris Leocadiæ, postquã per multa secula latuerat ignoratũ, ipsa se illi reuelante primus patefecit. Dũ enim rē sacrã ipse faceret, & ad, Pax vobis, se conuerteret, sepulchrũ sanctæ virginis apertũ fuisse fertur, præsentē quidẽ rege Recesintho, ac nobilium, illustriumq; virorum, vulgiq; magna copia. Tunc ipsa læto vultu, astantibus cunctis, beatum virum amplexata, osculataq; fuit, dicens. Propter vitam insignem, & singularẽ beatissimi Illefonfi pietatẽ, sedulumq; illius officiũ, viuit domina mea sancta Maria. Hoc autem ideò dixerat ipsa, quòd Mariæ virginitas, quæ impiorum hominum dogmate, aliquid temporis manserat offuscata, industria sanctissimi viri, in pristinum statum fuisset restituta. Cumq; beata Leocadia, vrbaniatē quadam, à sancto præsule copiam peteret discedendi, partem velli, quo caput illius erat opertum, sanctus Illefonsus, cultello, quem rex secum gestabat, abscidit. Tunc virgo sepulchrum, sibi tanto tempore familiare, iterũ petit: postmodumq; sepulchrum illud, nulla hominum ope, plus solito clausum remansisse dicunt. Pro cuius rei magnitudine, insolita visione, susceptoq; dono, qui simul aderant admirantes, deo optimo gratias egerunt, qui tantum mysterium, mortalium oculis misericorditer patefecit.

Pars

ILLEFONSI.

Pars autem velli sanctæ Leocadiæ, atq; cultellus, quo illam præsciderat, serico totum inuolutum, in sacrario honorifice reponitur, ac cum reliquijs, ab omnibus veneratur. Post aliquot verò dies, futurum erat festum Expectationis dominæ nostræ, quod ipse omnium Episcoporum decreto statuerat celebrandum. Quo die (quia obsequium illud sacrosanctæ virgini matri extitit gratissimum) cum beatus Illefonus ad matutinas horas se de nocte conferret, clero comitatus & populo, & multis luminaribus: apparuit ei beata virgo, choris Apostolorum, Martyrum, & Virginum comitata: & librum quem de perpetua virginitate ipsius, scripserat, manu gestans, vestem ei sacram, qua, in faciendarum diuina vteretur, leta dedit, tanquam diuinæ gratiæ, & fauoris sui pignus & obsidem. Ferunt etiam & cathedram illi à virgine fuisse oblatam, in qua ipse Episcopali dignitate functus, solus confederet. Sanctissima autem virgo sic ipsum allocuta fuit. Quia fide certa, cōscientia pura, lumbos tuos virginitatis cingulo accinxisti, & gratia labijs tuis diffusa, virginitatis meæ gloriam in cordibus fidelium depinxisti, accipe vestem hanc, de thesauris filij mei, vt etiam in hac vita, vestimento gloriæ adorneris, & ea in meis, & filij mei solennitatibus vestiariis. Accipe etiam hanc cathedram meam, in qua ipse sedebis quando tibi libuerit. Scitoq; certissimè, quod nemo præter te in hac cathedra sedebit, vel hoc vestimentum induere valebit, impune. His dictis, cum glorioso cœtu, quo sibi apparuerat, ad gloriam filij remeavit. At beatus Illefonus de promissis

securus

VIVA BEATI

securus, suscepto munere, letus remansit, cunctis sacra veste tangentibus, ab omni morbo quantumvis periculoso, liberatis: & pro beneficio suscepto, Deo ac virgini Mariæ ingentes gratias referentibus. Quæ vestis existimatur etiã hodie, sũma cũ religione, in adytis ecclesiæ Toletanæ seruari: etsi minimè abhorreat à veritate eã ipsam, post vastationẽ Toleti à Sarracenis factã, in ecclesiã Ouetẽsem, delatam esse, vna cũ Illefonso & Iuliani Pomerij scriptis: neq; post beatũ Illefonsum quisquã præsul Toletanus ausus est eam induere, præter vnum Sisibertum Archiepiscopum, qui culpa sua ab illa sede propulsus, fuit exilio relegatus. Hic enim quia se eiusdem esse dignitatis cum beato Illefonso videret, non minus ac ipse præsul sanctissimus, veste illa pretiosa se vti posse contendebat. Quæ temeritate miser inebriatus, propriæ audaciæ poenas luit infelix. Qui verò putant Seagrium fuisse huius temeritatis auctore, referunt ipsum, in cathedra contra prohibitionem sanctæ virginis consedisse, & vestem illam sacram induere volentem dixisse: Sicut ego homo sum, ita scio prædecessorem meum hominem fuisse: cur ergo nõ vestiar eo, quo induebatur, vestimento? Hoc dicens illa sacra veste se induit. Sed deo statim ulciscente præsumptionem eius, in terram, eadem veste arctius constrictus, mortuus cecidit. Quod videntes qui illic aderant magno pauore conterriti, sacrum vestimentum quod indignè acceperat, tulerunt, & in Thesauro ecclesiæ, vbi hæctenus seruatur, reposuerunt. Tandem beatus Illefonso cum ecclesiam Toletanam annos nouem supra

Vincentius
in speculo Hi
stor. lib. 8. c.
120.

menses

ILLEFONSI.

menses duos rexisset: omniaq; bona sua pauperibus, & indigentibus tribuens, cunctos errores ab ecclesia sua expulisset: cumq; apud Deū, deiq; matrē, magnae esset sanctitatis & gloriae, decimo octavo Reccesvinti principis anno, nempe era . 712. incarnationis verò dominicae . 674. Imperij Constantini . 9. aetatis verò suae circiter sexagesimo, vitam in pace finiuit Toleti, & in Ecclesia beatae Leocadiae ad pedes beati Eugenij auunculi, & praedecessoris sui, cum magna reuerentia sepultus est, multis clarens miraculis. Cuius sanctissimum corpus post, Hispania à barbaris occupata, translatum fuit Zamorae, vbi honorificè veneratur, vsq; in hodiernum diem. Multa autem de operibus quae conscripsit ante pontificatum, & caetera post pontificatū miro eloquij & sanctitatis artificio consumauit. Aliqua etiam morte praeventus imperfecta reliquit. Et propter eloquentiae suauitatem Chrysostomus, hoc est, os aureum dicebatur. Et etiam quia in diuersis libris meliflue loquebatur, & de virginitate beatae Mariae virginis, nitido, politoq; eloquio perorauit, Anchora fidei eius tempore, in tota Hispania, Gothica Gallia, roboratur. Scripsit autem non contēnendae lectio- nis volumina, de quibus feruntur subiecta. De sancta Trinitate li. 1. De imbecillitate propria. lib. 1. De virginitate sanctae Mariae. lib. 1. Domina mea, dominatrix mea. Annotationum actionis diurnae. lib. 1. Annotationum in sacris. lib. 1. Annotationum in sacramentis. lib. 1. De cognitione baptismi. lib. 1. De progressu spiritalis deserti. lib. 1. Hymnorum diuersi generis. lib. 1.

Scrs

VITA BEATI ILLEFONSI.

Sermones varij. lib. 1. Epigrammata multa. lib. 1. De
missa quoque libro. 1. Epistolarum ad diuersos. lib. 1.
Scripsit autem contra eos qui de eiusdem virginitate
& parturitione disputant, vt hæretici. libro primo.
De assumptione eius sermones vel tractatus quatuor.
De eadem Homilia Euāgelij. 1. De purificatione eius-
dem, opusculum vnum, & alia complura. Res quoque
gestas Gothorum, Alanorum, Vandalorum, & Sue-
uorum ab anno quinto Suintillæ regis, vbi finem fece-
rat scribēdi beatus Hisidorus, vsq; ad decimū octauum
annum Flauij Reccesunthi, fideliter prosequutus est.
Libri autem illi quos de rebus diuinis scripserat, post-
quam fuerunt ab eo editi, & in concilijs lectitati, &
ab omnibus approbati, tanquam cibi diuinæ gratiæ
in fide pusillanimes refecerunt. Quorum præ-
stantiores & cognitione digniores, nostra
opera, breui, quoad fieri poterit, ex-
cussos, sapientū manibus tractan-
dos pollicemur: nemini, post
beatū virum & præsulē
Illefonsum, nostro la-
bore, placere
volens
tes.

*

INDEX PRÆCIPUA-
rum rerum in hoc beati Illefonsi
opere contentarum.

A.

- A**dolescentulam & non virginem parere, signum
non est fol. 11. pag. 2.
Aduentus Christi, ex multis prophetis fol. 4. pa. 2.
Angelorum natura prius fuit diminuta, quam solidata
fol. 44. pag. 2.
Angeli annunciatio ad pastores fo. 49. pa. 1.
Angeli ab hominibus adorari noluerunt, post incar-
nationem fo. 52. pa. 2.
Aqua facta vinum fol. 41. pa. 1.
Ascensus Christi in caelum gloriosus fol. 33. pa. 1.

B.

- B**eatitudo fo. 3. p. 2.
Beatitudo virginis fo. 5. p. 1.
Beatitudo hominis fo. 4. pa. 1.

C.

- C**ontra Iouinianum, Mariæ virginitatem negantē
fol. 4. pag. 1.
Contra Eluidium fol. 7. pa. 1.
Contra Iudæum fo. 21. pag. 2.
Confirmatio virginitatis fo. 9. pa. 2.
Christus dominus hominum & angelorū fo. 45. pa. 2.
Christi aduentus fo. 4. pa. 2.
Christi conceptio æterna. fol. 29. Id est, humana. fol.
29. pag. 2.

Christi

I N D E X:

| | |
|---|-------------------------------|
| Christum natum annuntiant angeli | fo. 49. pa. 1. |
| Christum natum ostendit stella | fo. 30. pa. 1. |
| Christi vita lux mundi | fo. 30. pa. 2. |
| Christus à deo patre venit | fo. 18. pa. 2. |
| Christus quando venit | fo. 19. pa. 1. |
| Christus natus Bethleem | fo. 19. pa. 2. |
| Christus quare venit | ibid. |
| Christus humilis venit | fo. 20. pa. 1. |
| Christi miraculum primum | fol. 40. pa. 2. |
| Christus panes multiplicat | fo. 41. pa. 1. |
| Christi imperio nauicula fluctibus agitata sedatur. | fo. eod. pa. 2. |
| Christi imperio duæ nauiculæ piscibus implentur | ibid. |
| dem. | |
| Christo obediunt infirmitates | ibid. |
| Christus mortuos suscitât | fo. 42. pa. 1. |
| Christi passionis signa | fol. 42. pa. 1. |
| Communicatio idiomatum | fo. 12. pa. 2. fo. 58. pa. 2. |
| Coniunctio pulchra duorum extremorû | fo. 43. pa. 2. |

D.

| | |
|---|----------------|
| D ecus virginis confertur cum angelorum puritate | fo. 44. pa. 2. |
| De die iudicij | fol. 3. pa. 1. |
| Disputatio contra Iudæum elegantissima. | fo. 27. pa. 2. |
| Diuinitas Christi | fo. 41. pa. 1. |
| Duplex natura in Christo colligitur | fo. 23. pa. 1. |

E.

| | |
|---|------------------|
| E pitheta virginis Mariæ elegantissima | folio. 6. pa. 2. |
|---|------------------|

Exhorta

I N D E X.

Exhortatio ad Heluidium, ne virginis minuatur gloria
fo. 14. pa. 1.

Exultationis nimiae ratio copiosa fo. 58. pa. 2.

F.

Falsitas Iudeorum, quod iuuenula non virgo. fol.
10. pa. 2.

Fatigantur qui erant in nauicula fo. 41. pa. 2.

Fluuius Synonymorum copiosissimus fo. 42. pa. 2.
& sequen.

Fructus incarnationis fo. 10 pa. 2.

G.

Generatio virginis fo. 10. pa. 2.

Generatio Christi gloriosa fo. 50. pa. 2.

Generationem eius quis enarrabit? exponitur fol.
49. pa. 2.

Gratia Dei cognita ab hominibus per virginem fo.
14. pa. 1.

H.

Humana natura vnita verbo fo. 55. pa. 1.

Humilitas Illefonsi fo. 2. pa. 2.

I.

Incarnationis mysterium fo. 10. pa. 1.

Infirmitates obediunt creatori fo. 41. pa. 2.

Instrumenta passionis Christi fo. 31. pa. 1.

Interpretatur nonnulla loca sacrae scripturae fol.
22. pa. 1.

Iudeorum duplex peccatum fo. 31. pa. 1.

Iudicabit Deus viuos & mortuos fo. 33. pa. 1.

L.

Laudes Elisabeth de beata virgine fo. 35. pa. 1.

* * *

Laudes

I N D E X.

- Laudes summae, virginis Mariae fo. 45. pa. 1.
 Lex gratiae de Sion, & verbum domini de Ierusalem
 fol. 14. pa. 2.
 Loca varia testamenti, quibus Christus quid ipse sit
 ostendit fol. 25. pag. 2.
 Lux mundi vita Christi fo. 30. pa. 2.

M.

- M**agna quae dominus fecerat in beata virgine.
 fo. 34. pag. 1.
 Miraculum, virginis partus fo. 7. pa. 2.
 Ministratio angelorum completa temptatione fol.
 38. pag. 2.
 Mutatio nulla in Deo fo. 22. pag. 2.

N.

- N**atiuitas Christi ex prophetis fo. 29. pa. 2.
 Natiuitas Christi ex angelis & pastoribus fol.
 38. pa. 2.
 Natura duplex in Christo fol. 17. pa. 2.
 Nauiculæ concussæ sedatio fo. 41. pa. 2.
 Negat Iudæus, quæ fatetur catholicus fo. 11. pa. 1.
 Non plus angelus nuntiavit quam didicerat fol.
 51. pa. 2.
 Nouum generationis arcanum angelus debuit nuntiare
 fo. 45. pa. 2.

O.

- O**culis Dei nihil absconditum fo. 3. pa. 1.
 Obedientia angeli circa conditorem suum. fol.
 45. pa. 1. & 2.
 Opera Christi fo. 21. pa. 2.

Orat.

I N D E X.

Oratio ad beatam virginem & Iesum fo. 56. pa. 2.
 Optima vtriusq; nature collatio fo. 46. pa. 2.

P.

Panduntur sepulchra in Christi morte fol.
 42. pa. 1.

Partus & integritas Mariæ fo. 50. pa. 2.

Passio Christi ex Esaia fo. 2. pag. 1.

Petræ scissæ sunt fol. 42. pa. 1.

Probatio natiuitatis Christi ex prophetis fo.
 12. pa. 2.

Principium miraculorum Iesu fo. 40. pa. 2.

Q.

Quando venit Christus fo. 19. pa. 1.

Quare venit Christus fo. eod. pa. 2.

Quomodo venit Christus fo. 20. pa. 1.

Quod venit ad Bethleem fo. 19. pa. 2.

Quid sit ipse qui venit, & à quo loquitur fo.
 47. pa. 1.

R.

Reparatio angelicæ nature incarnatione facta.
 fo. 46. pa. 2.

Resurrectio Christi fo. 31. pa. 2.

Reuelat angelus Mariæ quod audierat ex Deo fo.
 46. pa. 1.

S.

Simeonis testimonium fo. 35. pa. 2.

Sol obscuratus est fo. 42. pa. 1.

Spiritus sancti missio fo. 33. pa. 1.

*** 3 Tene

I N D E X . I

T.

Tenebrae factae sunt, terra mota est folio.
42. pa. 1.

Testimonium Elisabeth de Maria folio. 35. pa. 1.

Testimoniū Anne, cæci nati, Marthæ Virginis folio.
36. pa. 1.

Testimonium etiam mortuorum, demoniorum. ibid.

Trinitatis testimonium de filio incarnato. folio.
18. pa. 2.

V.

Veritas beatum faciens folio. 3. pa. 1.

Veritas vtriusq; testamenti folio. 16. pa. 2.

Virginitas beatæ Mariæ probatur folio. 9. pa. 2.

Verus Deus et homo Christus folio. 17. pa. 1.

Virginitas Mariæ ostenditur folio. 6. pa. 1. et. 2. folio. 9.
pa. 1. et. 2. folio. 11. pa. 1. et. 2. folio. 13. pa. 1. folio. 44. pa.
2. folio. 45. pa. 1. folio. 50. pa. 1. et. 2.

Virgineum decus præferri angelicæ conditioni folio.
52. pa. 2.

I N D E X P R Æ C I P V A

R V M R E R V M Q V A E I N

S E C V N D O O P V S C V L O

continentur.

A.

Aron virga floruit, et amygdalas protulit folio.
122. pa. 2.

Ado =

INDEX.

- Adolescentula pro virgine fol. 108. pa. 1. 2.
 Alma, & Halma, differunt fol. 109. cum sequen.
 Antequā conuenirent. exponitur fol. 83. cum sequē.
 Antequam, præpositionis vsus fol. eod. pa. 2.
 Animalia multa sine coitu concipere fo. 128. pa. 2.
 Apis & alia animalia sine coninnctione concipiunt
 fol. 112. pag. 2.
 Aquila Christus fol. 105. pag. 2
 Autores in opere citantur plusquam triginta sex.
 Area Gedeonis sicca fol. 123. pag. 1.
 Arca Noe est ecclesia fol. 120. pag. 1.

B.

- B**alan prophetia de virginitate Marie fol. 102.
 pag. 2.
 Beatam dici Mariam ex pietatis officio fol. 79. pa. 1.
 Benedictam vocat Angelus Mariā, quia mulier fol.
 82. pag. 1.
 Bis mulier dicitur Maria & bis virgo fol. 71.
 pag. 2.

C.

- C**Alx aqua accēditur, & oleo extinguitur fol.
 112. pag. 2.
 Christus aquila fol. 105. pag. 2. Petra fol. 106. pa. 2.
 Circundabit virum, exponitur fol. 111. pag. 2.
 Cognoscere in scripturis tripliciter sumitur. fol.
 85. pag. 2.
 Concilium Ephesinū fol. 98. pag. 2. fo. 99. pa. 1.
 Concilium Lateranense fol. 118. pag. 1.
 Concilium Constantinopolitanum fol. eo.

INDEX.

Coniugis & vxoris vocabulum, quid fol. 84.
pag. 1. 2.

Conuersis nouiter in regno Valentia, nulla est literarum frequentia, duplici ex causa fol. 67. pag. 2.

Crystallus est Maria fol. 120. pag. 1.

D.

DAnielis figura de virginitate fol. 113.
pag. 2. fo. 120. pag. 2.

Diabolus est serpens fol. 107. pag. 1.

Donec, vsque, quid significant. fol. 86. pag. 1.
cum consequen.

E.

Ecce mater tua exponitur fol. 80. pa. 2.

Ecclesia, nauis est fo. 107. pa. 2.

Ecclesia arca Noe fol. 120. pag. 1.

Ezechielis figura de virginitate fol. 101. pag. 1.

Ecce concipies in utero exponitur fol. 114. pag. 1.

Exempla in artibus quare adducuntur fo. 114. pa. 2.

F.

Factus ex muliere Dei filius fol. 72. pag. 1.

& fol. 82. pag. 2.

Fenestra est Maria fol. 120. pag. 1.

Fides quomodo non habet meritum fol. 94. pa. 2.

Fidei res demonstratione probari non posse ibi
dem fol. 1.

Figure virginitatis Mariae fol. 101. pa. 1 fo. 119.

pa. 2. fol. 120. pa. 2. fo. 122. pa. 2. fo. 123. pa. 1

Erates quatuor modis dici. fol. 92. pag. 1.

cum sequen.

Gedeonis

I N D E X.

G.

- G** Edeonis signum de virginitate fol. 123.
G Generationum quatuor modi fol. 97. pa. 1.
 Generatione quarta reuertetur huc exponitur ibi-
 dem pa. 2.

H.

- H** Alma, & Alma, quo modo differant fol.
 110. pag. 1.
 Homo primus ex terra virgine fol. 119. pa. 2.
 Hortus conclusus est Maria fol. 113. pa. 1.

I.

- I** Oannes dilectus à Christo. fol. 89. pag. 2.
 cum sequen.
 Ioseph fuit virgo fol. 100. pa. 2.
 Ioseph nō fuit alterius vxoris maritus fol. eor-
 dem pag. 1.
 Ioseph cum Maria virginitatem vouit ibidem.
 Ior, & Dan fontes, efficiunt Iordanem fol. 115.
 pag. 2.

L.

- L** Apis sine manibus Christus fol. 113. pag. 2.
L Lilium quid significet fol. 113. pa. 1. 2.
 Libani gloria datur Christo fol. 115. pa. 2.
 Loquendum dulciter, non est cum afflictis fol. 81.
 pagina secunda.

M.

- M** Ahometi de Christo, & virgine testimonium
 fol. 116. pag. 1. cum sequen.

*** S

Maris

INDEX.

- Maria* quare mulier appelletur fol. 81. pag. 2.
 cum sequen.
- Mariam* salutat & laudat *Cyrillus* fol. 69. pag. 2.
- Mariæ* in laude, iter cœli fol. 70. pag. 2.
- Mariæ* laus & potestas ex *Bernardo* fol. 71. pa. 1.
- Mariam* ante partū virginē fuisse fol. 96. cum sequen.
- Martha* à fluxu sanguinis liberatur fol. 73. pa. 1.
- Martha* virgo ibidem pag. 2.
- Mulieris* nomen pro foemina siue virgine siue corrupta sumi fol. 72. pag. 2.
- Mosi* *Rubus* quid portendat fo. 122. pa. 2.
- Mulier* ecce filius tuus. exponitur fo. 79. pa. 2.
- Mulierem* appellat *Christus* *Mariam* fo. 73. pa. 2.
- Mulier*, ætatis vocabulum fo. 74. pag. 1.
- Mulier*, pietatis, officij, & teneritudinis vocabulum fol. 79. pagina 1.
- Mulier* est, ergo corrupta, catholicæ negatur. fol. 73. pag. 2.
- Mundus* assimilatur *Mari* fo. 107. pa. 2.

N.

- N**avis est ecclesia fol. 107. pag. 2.
- N**eophytorum regni *Valentiæ* obstinatio fol. 67 pag. 2.
- N**ūquid mulier potest obliuisci infantē suū fo. 78. p. 2
- Nux** est *Christus* fol. 123. pag. 1
- Nubes** sunt apostoli fo. 124. pag. 1.

O.

- O**ccisus *Zacharias* pro defensione virginitatis *Mariæ* fo. 110. pa. 2.

Omni-

INDEX.

Omnipotens, nomen proprium Dei fol. 112. pag. 1.
 Omnipotentia Dei, in suis operibus demonstratur
 ibidem.

Omnia omnibus fiunt mulieres fol. 78. pag. 2.

Orietur stella ex Iacob, exponitur fol. 102. pa. 2

P.

PAuli locus ad Galat. 4. exponitur fol. 72.
 & sequen.

Petra Christus fol. 106. pag. 2.

Poma paleis seruantur incorrupta fol. 112.
 pagina secunda.

Porta est Maria fol. 101. pa. 2.

Præpositio, antequam, explicatur. fol. 83.
 pagina secunda.

Primogenitus, quatuor modis dici. fol. 90. pa. 1.

Q.

Quatuor sunt modi generationum. fol. 97.
 pag. 1. 2.

Qui ex Deo est verba Dei audit fol. 67. pag. 1.

Quid mihi & tibi est mulier exponitur fol. 74.
 cum sequen.

Quatuor regna fol. 113. pag. 2.

R.

Rabbi fuit Simeon fol. 110. pag. 1.

Rabbi Varaquia. Rabbi Iodæ fol. 116. pa. 1.

Ratio quæ pro fide adducitur bifariam consideratur
 ad meritum fol. 94. pag. 2.

Rinoceros virginitate mitescit fol. 102. pa. 1.

Rubus Mosi, quid portendebat fol. 122. pag. 2.

Serpens

I N D E X.

S.

- S**erpens diabolus fo. 107. pa. 1. §. 2.
Siclus decem oboli sunt fol. 91. pa. 1. §. 2.
Simeon quando accepit responsam à spiritu sancto. fo. 110. pa. 1.
Similitudines quæ in opere adducuntur. fo. 67. pa. 2. fo. 81. pa. 2. fo. 82. pa. 1. fo. 83. pa. 2. fo. 89. p. 2. fo. 90. pa. 1. fo. 102. pa. 2. fo. 106. pa. 1. fo. 111. pa. 1. §. 2. fo. 112. pa. 1. §. 2. fo. 116. pa. 1. fo. 119. pa. 1. §. 2. fo. 120. pa. 1. §. 2. fo. 122. pa. 1.
Susanna est Maria fo. 121. pa. 1.

T.

- T**rininitatis mysterium Angelus annuntiavit Mariæ fo. 66. pa. 2.
Tria sunt mihi difficilia, exponitur fo. 104. cum sequent.

V.

- V**alentie literarum amplitudo et fidei sinceritas fo. 67. pa. 2.
Vellus Gedeonis fo. 123. pa. 2.
Virginitate et humilitate Maria fit mater Dei fo. 67. pa. 2.
Virginitas Mariæ, à multis commendata. fo. 68. pa. 2.
Virginitas Mariæ, etiam ab hæreticis credita fo. 69. pa. 1.
Virginem, non corruptam, elegit Deus fo. 95. pa. 2.
Virginem fuisse Mariam ante partum, decuit fo. 96. cum sequen.

Vir

I N D E X.

Virginitas Mariæ in partu rationibus ostendi fo.

99.pa.1. & 2.

Virginitas post partum fo. 101.

Virgo naturaliter potest concipere sine corruptione,

sed non parere fo. 98.pa.1. & 2.

Virginitatem quando vouit Maria fo. 100.pa.1.

Virginitas Mariæ ex Esaia fo. 109. cum sequen.

Virginem esse & parere, unde repugnent fol.

112.pa.1.

Vir quis dicatur fo. 74.pa.2.

Vxoris & coniugis nomen fo. 84.pa.2.

Virga est Maria fo. 123.pa.1.

Virginitatis laus ex Athanasio fo. 124.pag.2.

Virginitatis encomia fol. 125. vsq; ad finem.

Y

Y.

Ce Messias dicitur à Mahometo fo. 116.pa.2.

Z.

Zacharias occissus propter virginitatis Mariæ
defensionem fo. 110.pa.2.

F I N I S.

FRATRIS ALFON-
SI MORALES LVSITANI,
EIVSDEM ORDINIS CARMELITARVM,

rum, in commendationem libri, & R. P.

magistri Michaelis Carrancæ, cuius

industria hic liber nunc primū

in lucem prodijt,

Carmen.



Integer Alfonsus, præsul sanctissimus olim

Urbe Toletana, nobile fecit opus.

In quo diuini cultus reuerentia floret,

Et domini genitrix, intemerata manet.

Continet ingentes alma pro virgine laudes,

Quas scripsit fœlix, ac venerāda manus,

Indicat & clarè quā sit super omnia mūda,

Angelicos superans nobilitate choros.

Hanc rabidi vellent, cū dilacerare leones,

Ore que sacrilego contaminare sacram:

Re-

Restitit Alfonsus, diuino aflatu amore,
Ac superans cunctos religione viros.
Quem sic armauit cœli regina tonantis,
Possset vt aduersis frangere colla suis.
Ipse autē instructus tāta dictāte magistra,
Hæc nunquā seclis, interitura canit.
In quibus inuenies gemmis auroq; superbos
Thesauros, quos dat pagina sacra tibi.
Sacrum Elicona quidē poterūt narrare poëtæ
Meoniosq; lacus, siue quid his simile:
Hic verò, pretiosa datur tibi myrrha salutis
Quam manus angelico stillat odore pia.
Hoc opus inumeris iacuit sine luce diebus,
Gēma velut latebris, cū pretiosa latet.
Sed postquā summi manus ingeniosa magi
Attraxerunt opus, nouit et artificē, (stri,
Ingemuit: quòd lapsa foret tot tēpora fru-
Alfōsi et sanctū nō legeretur opus. (stra,
Ergo theographiæ doct⁹, sapiēs q; magister,
Nomine Carrançæ, sumere cœpit onus.
Nam

Nā quæ virgineas laudare extollere possit,
Carmeli melius, quàm sacra religio?
Quã virgo, dominiq; parēs tã seper amavit,
Ut titulum monachis inderet ipsa suis.
Ergo cùm verus matris zelaret honores
Carmelita suæ, sic veluti filius:
Euoluit librum, totumq; à sedibus imis
Correxit, posuit, detulit, explicuit.
Hūc igitur benè sit meritus, qui trāstulit, at
Duxit ab æterna posteritate decus. (que

FINIS.

SANCTISSI

MI PATRIS ILLE-

fonsi Toletanae quondam ecclesiae archie-
piscopi libellus elegatissimus de illibata vir-
ginitate sanctae ac gloriosae genitricis

dei mariae, ἀντὶ τριῶν ἀπίστων,

id est, contra tres infideles:

ordine synonymorum

conscriptus.

Prologus eius. B. P.



EV S lumen verum, qui Dei auxilium
illuminas omnē homi- in operis ini-
nem venientem in hunc stio postulat.
mundū. Deus qui das sa-
pientiam paruulis, insi-
pientesq; conuocas, vt
ambulent per viam pru-

dentię. Deus qui ex immundo, mundū facis
& tollis peccata, iustificās * peccatorē. Da
mihi lumen, per quod te videam. Da mihi
sapientiam, vt te intelligā. Da iniquitati-

A bus

DE ILLIBATA VIRGINITATE

bus meis veniam, vt consequar misericordiam tuam. Nanque ideo domine vincor amore, impellor dulcedine, trahor dilectione: vt veluti sub prælo dulcedinis effundã vim sacræ cõfessionis. Et quia nõ est substãtia bonorum operum, sit fructus bonarum confessionum. Quia enim uincula & pressura peccaminum, pondus & pericula, exitium & damna vrgēt animã iniquitati delitam: & quia non est aliud nomen sub cœlo datũ in quo possim saluus fieri, nisi tuũ christe iesu fili dei uiui: ideo refugium confessionis quæro, remedium ex confessione deponco, subsidium de amore confessiõis imploro: vt ego impius multũ diligã pietatem tuam, cũ tua pietas meã diluerit multam iniquitatem. Attendant ergo cœli, & omnia quæ in eis sunt. Attēdat terra, & omnia quæ habētur in ea. Attendat mare, et omnia quæ mouentur in eo: & audiant me pia confessione credentem esse te christum iesum filium dei uiui, qui in hunc mundum venisti. non vt iudices me, sed vt salues me: vt ego credēs in nomine sancto tuo habeã vitam ęternam. Sicq; omnium creaturarũ testimonio, confessor inuētus, confitear te
in cœlis

in cœlis, quē confiteri non erubescō in ter-
ris. Et ipse me de peccatorū sordibus, om-
niumq; aduersitatū impulsione eruas:
quem à contradictionibus infidelium confes-
sionis meæ uindicat fides. Audite me itaq;
cum antiquitatis autoribus ô Moyse anti-
quiora loquens, cum prophetis Efaia po-
tentiora uaticinans, cum euangelistis Mat-
thee prima pronuntians, cū apostolis ele-
cte Petre insignia prædicās, intra omnē ec-
clesiam Dei feliciū turba doctorū, uera di-
cens, atq; salutaria differens, hæc me pro-
certo credere, quæ credenda intenditis præ-
dicare: hæc me pijsimè confiteri, quæ ip-
si ueraciter confitemini: hæc me & ipsa an-
nuntiare, quæ annuntianda docetis. Audi-
te me his posse quibus possum ueram obe-
diētiam dare, quibus toto posse uniuersam
ecclesiā Dei decernitis obedire. Vnde quia
credidi, propter hoc loquar: quia audiui, nō
tacebo: quia diligo, annūtiabo. nihil per cō-
tentionē & inanē gloriā in omni mea pro-
positione insinuans, nihil in contradic-
tionem sanctæ ueritatis instituens, nihil quod
subuertat, sed quod aut inueniat aut re-
seret ueritatem intendens. Quod si quis

*Priscis docto-
ribus sanctis
pollicetur eā
dem cum illis
& credere &
prædicare.*

ps. 115.

*Nihil cōtra fē-
dem catholis-
cā dicendum.*

DE ILLIBATA VIRGINITATE

abundans miseratione diuinæ pietatis animaduertit indiscretum me errantemq; dū tractandi intētio illuc casu aliquo, vel imperitus scribendi conatus me deduxerit hābetātem, ubi autem uerum sanæ sciētiae lumē, uerè docentium exemplis effulserit, gratus obedio: deuotus assentior, citus occurro. Nihil profanum in confessione habēs: Nihil alienum à pietate (quæ deus est) tenēs: Nihil quod vnā & sacram fidem impugnet in omni præcordiorum abdito gerens: Nihil prorsus quod diuinis rebus obuiet: Nihil quod sanctis sacramētis obfistat, Nihil quod sacris mysterijs aduersetur. Non ergo me prælatus contemnat, non mihi æqualis derogat, non mihi subditus insultet, non me quis de domo lacesset, nō me de foro detractet, nō religiosus susurret: non popularis immurmuret, nō adolescentē senex abnuat, nō coæuū iuuenis aspernatur, non minorem natu ætas fera deridat, non doctus exprobret, non ignarus abiiciat, non potentior repellat, nō humilior auertat, non discipulus molestet, non famulus conuexet, nō ætas calumniatur, non sexus causetur. Manet enim ueritas

Summæ humilitatis inditiū est uel à minimo corripicndū se præbere.

tas in æternum. Viuit quod uerum est. Nō
 definit quod à uero procedit. Falso nō deci-
 dit uerū. Fallacijs nō uincitur ueritas. Fal-
 sis non cōmutātur quæ uera sunt. Et si fal-
 laciarum umbris obtegatur ueritas, reuela-
 bit quæ uera sūt abdita ueritas. Quod enim
 falsum est, non stabit : quod uerum est non
 deficient. quod extra ueritatem est, cassum
 erit: quod à ueritate pcul est, inanescet: quia
 ueritas deus est, & quæ dei sunt, uera sunt,
 & quæ ex deo sunt, sola ueritate subsistunt.
 Inde qui dominum annūtiat, ueritatē enar-
 rat. Qui de deo uera dicit, ueritatis cogni-
 tionem pādīt. Qui ea quæ uera sunt asserit:
 ueritatis iura defendit. Qui ueritatem am-
 plectitur, dominum diligit. Qui ueritatē fa-
 cit, dei uolūtatem adimplet. Deus certè oc-
 culta nouit: deus absconsa cognoscit: deus
 abdita penetrat: deus pscrutatur occulta.
 Proinde nouit qui deprauat uerum, scit qui
 immutat ueritatem, intelligit qui ueritatē
 minuit, in aperto sapit qui ueritatem extin-
 guit. Veniet prorsus, ueniet, nec longe est.
 Veniet de proximo, ueniet è uicino. Sed cū
 exarserit in breui, cū uenerit in maiestate,
 cū fuerit in circuitu eius tēpeestas ualida, cū

*Neminē bea-
 tum, nisi ueri-
 tati fauentē.*

*Omnia esse a-
 pta oculis dei
 & ueritatis
 hostem late-
 re ipsum non
 posse.*

*Psal. 2.
 Matth. 15.
 Psal. 49.
 Pjal. 96.*

A iij ante

DE ILLIBATA VIRGINITATE

ante eum præcesserit ignis, tūc beati omnes qui illum ueraciter diligunt, beati qui de illo uera dicunt, beati qui ueritatem nō spernunt, beati qui faciunt in ueritate iustitiam, beati qui custodiunt in ueritate iudicium: & beati omnes qui cōfidunt in eum. Iudex enim ueniet, districtus occurret, metuendus aderit, terribilis apparebit. Omnia ergo prospectent, omnia intendant, omnia cōfiderent, me ex toto corde, ex tota anima, ex tota uirtute, ex totis præcordijs: ex totis uisceribus, ex eo quod sapio, ex eo quod enarro, ex eo quod intelligo, non aliud quàm ueritatem inquirere, non aliud quàm ueritatem diligere, non plus aliud quàm diuinā ueritatem inquirere, non aliud quàm deum & quæ Dei sunt uendicare: solis aduersarijs Dei resistens, solis prophanatoribus & prophanationibus cunctis obuius existens, solis cōtradicientibus ueritati, amore ueritatis aduersans. Hæc ago ut cū uita ista (quæ tentatio est super terram) fatigauerit ægrū, ueritas illa, quæ deus est, regat saluandum, & in secula seculorum possideat uiuenturum. Amen.

SYNONY⁴

MORVM TORREN-

te contra Iouinianum ostendit beatissimā

Dei matrē, in conceptu & partu virginem

permansisse: non quidem fauente natura,

sed dei dono, atq; gratia singulari. Quiq;

virginitatem à maternitate seiungit, gran-

di dedecore omnipotentiae diuinæ

summā iniuriā irogare.

Cap. I.



OMINA mea, atq; do- Inuocatio ad
minatrix mea, domi- uirginē glo-
nans mihi, mater domi riosam.

ni mei, ancilla filij tui,
genitrix factoris mūdi
te rogo, te oro, te quæ-

so ut habeā spiritū do-
mini tui, spiritumq; filij tui, necnō & spiri-
tū redemptoris mei, ut de te uera & digna
sapiam, uera & digna loquar, uera & di-
gna quæcunq; sunt diligam. Tu enim
es electa à deo, assumpta à deo, aduocata à

A iiij deo

DE ILLIBATA VIRGINITATE

deo, proxima deo, adhærens deo, coniuncta deo, uisitata ab angelo, salutata ab angelo, benedicta ab angelo, beatificata ab angelo: Turbata in sermone, attonita in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata in dictorum annuntiatione, inuenisse te apud deum gratiam audis, & ne timeas iuberis. Vnde & tu fiducia roboraris, cognitione miraculorum instrueris, ad nouitatem inauditæ gloriæ proueheris. De prole ab angelo annuntiata es, & post foetum integra & pudica manes. Certa uirginitas nobis promittitur, & nasciturum ex te sanctum dei filium, tibi ab angelo euangelizatur: & quæ sit nascentis regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiat quæris? de origine interrogas? de ratione perscrutaris? de experientia requiris? de ordine sciscitaris? Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animaduerte incognitum arcanum, attende inuisum factum. Spiritus sanctus superueniet in te, & altissimi uirtus obumbrabit tibi. Tota inuisibiliter trinitas conceptionem operabitur in te. Sola persona filij dei in corpore tuo nascitura carnem assumet de te. Ideoque quod concipietur ex te, quod nascetur

Luce. 1.

*Omnipotens
tia dei, uirgi-
nitatis decus
cū maternita-
te copulatur*

Ibi.

Ibi.

Ibi.

scetur ex te, quod prodiet ex te, quod germinabitur ex te, quod parturietur ex te sanctū, uocabitur filius dei. Erit enim hic magnus, hic deus uirtutum, hic rex omnium seculorum, hic factor omnium rerū. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puerperas, domina inter ancillas, regina inter sorores. Ecce ex hoc beatam te dicēt omnes gentes: beatam te nouerūt omnes cœlestes uirtutes: beatam prædicant oēs uates: beatam celebrāt omnes nationes. Beata tu fidei nostræ, beata tu animæ nostræ, beata dilectioni nostræ, beata præconijs, & prædicationibus meis. Prædicem te, donec prædicāda es: diligam te, donec diligēda es: laudem te, donec laudabilis es: seruiā tibi, donec seruiendū est gloriæ tuæ. Tu concipiēs solum deum, postremūm sponsa facta es filij dei. Tu generans simul deum & hominem, genitrix facta es filij dei. Quem suscipiendo, tantum tibi hospes est deus. Quem cōcipiendo, ex te, incola & homo simul factus est deus. Credula promissionibus angeli, ideo dono foecundata es spiritus sancti. Genuisti filiū imperatoris, quem adorant angeli deum in cœlis. Sine consortio

Ibi.

Ad summam honoris arcē mariā ascendisse, & filius dei ex ipsa fuerit ortus.

Ibi.

Quid nō meretur quæ dei mater fieri potuit?

A v virili

DE ILLIBATA VIRGINITATE

uirili, Dei filium edidisti, & post foetum illibata mansisti. Ex foetu & uirginitate læta manēs: ex prole & pudore gauisa es honore parentis: ex filio & sponso fidelis, ita seruans filio fidem, ne ipse quidem carnis suæ nouerit genitorem. Ita seruans sponso fidem, ut ipse te sine uiro nouerit genitricem. Tantò gloriabunda in filio, quanto uirorum omnium nescia tactus. Demum instructa quid nosse, edocta quid credere, certificata quid sperare, roborata quid sine amissione tenere. Auditum, percipe tu Louiniane, corde sapito fatue, præcordijs cognosce stulte, sensu disce caduce. Nolo pudorem nostræ uirginis corrupto partu causeris. Nolo, ut integritatem generatione disterpes. Nolo, ut uirginitatem per exitum nascētis scindas. Nolo uirginem genitricis officio priues. Nolo genitrici uirginalis gloriæ plenitudinem tollas. Si horum unum confundis, in toto confusus es. Si hæc concordantia nescis, à concordia ueritatis ipse priuatus es. Si hæc discordantia caufaris, semper discors iustitiæ inueniris. Si uirginis nostræ aut generationem, aut integritatem adimis

Gran-

Contra Iouinianum.

*Virginitatē
per tuò serua
tā.*

Grandi dedecore Deo iniuriam facis. Negas enim ualuisse incorruptam seruare, quem fateris absq; corruptione adire uirginem potuisse. Negas deum, quod uellet facere quiuisse, quem concedis genitricem integram inuenisse, corruptioni deditam reliquisse. Vt ergo asseris, omnipotentis diuinitas, non profuit uirginitati, sed offuit. Quia dum uirgineum decus nascendo uiolauit, summam uirginitatem destruxit: ac per hoc ipsum astruis uirginem deturpasse nascendo, quam decorauerat ipse creando. Obmutescat os talia proloquens, hæbetescat cor talia meditans; adhæreat faucibus lingua talia promens, non aspiret sermo talia narrans. Ecce enim uirgo ex Deo, uirgo ex homine, uirgo attestante angelo, uirgo iudice sponso, uirgo ante sponsum, uirgo cum sponso: indubitata uirgo, etiam dubitante sponso. Virgo ante filij aduentum, uirgo post filij generationem, uirgo cum filij natiuitate, uirgo post filium natum. Verbo fœcunda, uerbo repleta, uerbo uberrima, uerbo partui digna, humana quidem natiuitate, humana lege, humano usu, humana condi-

Pulchra synonymorum conexio.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

conditione, humana ueritate, illæsa, incorrupta, inuiolata, intemerata, integerrima uere, diuino autem munere, diuino fauore, diuina collatione, diuina adinventione, diuino dono, diuino concessu. Nouo opere, noua efficacia, noua operatione, nouo effectu, nouo patrato. Cū conceptu uirgo, per cōceptum uirgo, in cōceptu uirgo, post cōceptum uirgo, in partu uirgo, cū partu uirgo, post partum uirgo. Virgo cum nascituro, uirgo cum nascente, uirgo post filiū nātū, cōiux dicta & uirgo, coniūx assumpta & uirgo, coniūx credita & uirgo, cum coniuge simul & prole perēnis uirgo. Ignota sēper coniugio, ignota amplexu, ignota tactu, ignota maritali collegio, & tūc certè, tunc non dubiè, tunc uerè, tunc ueraciter. Sancta uirgo, beata uirgo, gloriosa uirgo, honesta uirgo. Sed post generationem incarnati uerbi, post natiuitatem dei hominis facti, post generationē in deo hominis assumpti, post natiuitatē deo hominis uniti, sanctior & sanctissima uirgo, Beatior & beatissima uirgo, gloriosior & gloriosissima uirgo, nobilior & nobilissima uirgo, honestior & honestissima uirgo, augustior & an

epitheta uirginis marie elegantissima.

& augustissima uirgo . Sed ne solus tuę ue-
 saniaę uepribus hæreas, ne solus spinis tuę
 demētiaę sapiaris, ne solus tuę uecordiaę
 sentibus coarctēris, ne solus intelligentiaę
 tuę aculeis infigaris, ne solus defensiōis
 tuę acumine perimaris, cōnectam parem,
 coniungam parilem, socio similem, inno-
 do coæqualem, copulo consimilem.

POTENTIA DEI, EIVS,
 DEMQVE SAPIENTIA VIRGI-

nitatem in dei matre confirmat aduersus Eluidiū.
 Quodq; uirginitatis encomium est, ut ipsa cum ma-
 ternitate copuletur. Rursumq; uirginitatem foetu,
 & maternitatem pudore uirgineo nobilitatam.

Demum uirginitatem cū ipsa maternitate
 coniungi, præcellægenitricis hono-
 ri summopere conuenire.

Cap. 2.



VDI ergo & tu El- Contra El-
 uidi, ad me attende im- uidium.
 puderate, me ascolta im-
 pudice, me intuere in-
 honeste, me cōspice in-
 uerecūde. Quid impudi-
 citia cōmoueris? Quid
 inue

DE ILLIBATA VIRGINITATE

inuerecundus assistis? Quid inhonestus accedis? Quid sine reuerentia occurris? quid sine pudore vexaris? quare uirginis nostræ principia corruptionis sine coarctas? quã obrem initia pudoris exitu auctæ procreationis infamas? Cur integritatem diuinitate sacratam, humana connectatione deturpas? Nolo ius maiestatis irrumpas, ne possessionem Dei cõuexare ausu pertemptes. Ne mansionem diuinitatis audeas præsumptione contemnere: ne domum domini iniurijs corruptionis confodias: ne portam domus dei, eius exitu clausam, à quocunq; posse adiri contendas: virtutum Deus, est dominus possessionis huius. Cœlorum rex, est possessor iuris istius. Omnipotens, est artifex ædificij huius. Solus egressor & custos, est portæ egressionis huius. Nemo cum illo ingressus est, nemo regressus, in a-
 deundo eam nemo socius: in egrediendo nemo sodalis. Qualiter introierit, nemo nouit: qualiter exierit, egressio sola cognoscit. Absq; ueste Deus, vt ita dicam, ingreditur, qui, ut certè dicã, carne vestitus egreditur. Ad domum sui operis uenit, carnis tantummodo uestem tulit. Idem qui vene-

Miraculo factum est, quod dei filius ex uirgine matre fuerit natus.

rat

rat rediit, sed aliter quā inceserat ipse inde processit. Hanc domum ingrediens, nō pudoris spolia tulit, sed egrediens integritate dotauit. A domino quidem erat fundata, sed aduentu domini nondū plena. Nuntiāte angelo fundatoris sui cognouit aduentum, & nouum congressionis admiratur accessum: habitatorē inesse sibi cognoscit, & qualiter in abditis agat plene non penetrat. Verumtamen animi uirtutes parat in officia seruitutis, deffert domino debite iura conditionis. Quod ille cælo præsidens iusserat, hæc in ferecepto ministrat. Approbat se conditori suo mundam carnem, simulq; animā præparasse, quæ & spiritua- lia obsequia carnali filio detulit, & dominum suæ carnis incorrupta & incomutabili ueritate uestiuit. Definito tempore, hūc qui uenerat egredi sentit, & placido egres- sionis læta processu, aliter procedentem inspicit, quā accedentem sciuit. Suæ car- nis ueritate hunc uidet esse uestitum, & in se sui nitoris ac pudoris integritatem minuisse non sentit, potiusq; circuisse cognoscit. In hac regione solitudo Deo tantum & domui. In hac mansione singula-
ritas

*Novit beatif-
sima uirgo
deū esse quē
genuit.*

DE ILLIBATA VIRGINITATE

ritas, hospitio tantum & hospiti. Hic locus, cum uno tantum adnectante cohæret. Hic uterus, unius tantum agnitione congaudet: nec alterius uiri, quam nascētis unius membra cognoscit. Cùm ergo hæc spiritus dei per prophetas prædixerit, per doctores firmauerit, per ueritatis autores defenderit, per seculorum æternitatem consolidauerit, quid tu noui erroris astructor? Quid fatuissimus infamator: quid copiosæ iugis infamis? Quid? infamiã asseris, proloqui audes, musitare contendis, susurrare proponis, garrere præsumis: ut uirginalis uteri illa habitatio dei, ut regis uirtutum illa nitore pudoris aula clarissima, ut mansio illa imperatoris cœlestium carnis pudicæ, ut locus gloriosus illius dei, quem nõ capit diuersitas uniuersa locorum, post generationem Dei, post incarnationẽ uerbi, post natiuitatem domini, post ortum saluatoris, de carneo uiro, perituræ carnis soboles germinaret? De loco uitali ex mortalitatis femine moritura membra produceret? De conclusionis orto, qui solum uirginitatis insolitæ florem produxit spinarum maritalium uepres afferret, de fonte nascētis

*Matrem esse
se unius dicit
taxat filij.*

tis

tis, uirginali egressione signato cenum ma-
 ritale decurreret? Opto, opto ut dolor cru-
 tians illius dentiū feras concludat: foueam
 oris eius, immobilitas linguæ compleat: cō-
 caua palati, aër subductus euacuet: extre-
 ma labiorum, aëris crassedo conglutinet,
 ne talium uerborū foetor erumpat, ne pro-
 secutionis huius odor aspiret, ne anhelitus
 loquelæ susurret, ne uel exilis sonus teri-
 mat, ne uerberatus aër, uel infantissima uer-
 ba conformet. Ecce enim insolito modo,
 insolito usu, insolito ordine, insolito iure.
 In una persona, in uno corpore, in una con-
 ditione, in una ætate. Alternat honor ma-
 tris & uirginis: alternat pudor uirginis &
 matris: alternat in generante uirginitas: al-
 ternat in uirgine generandi facultas: & ne-
 utrum cedit ulli, & utrunq; in alterutrum
 diriuatur: & neutrum impeditur ab inuicem,
 & ambo properant sibi. Vtrunq; seruatur
 in proprio, utrunq; trāsit in alterum. Quia
 ambo unum, quia duo idem, quia diuersa
 id ipsum, quia indistinctū accidens, quia in-
 discretum concurrens, quia indiferens su-
 peruentū. Non matrem uirginitatis dese-
 rit decus. Non uirginē maternus impedit

*Precatur a
 liquādo sanz
 cti uiri pecc
 atoribus in
 corpore ma
 la, ut spiris
 tus ipsorum
 salu⁹ fiat in
 die domini.*

B partus

DE ILLIBATA VIRGINITATE

partus: & uirginem nō uiolat fœtus: & matrē nobilitat pudor uirgineus: & uirginem nobilitat fœtus: & matrem non uiolat pudor uirgineus. Siq; matris & uirginis nomina nullis dissociata sunt casibus, nullis impedita difficultatibus, nullis lēsa prouētib; nullis dubia rebus. Indiscreta utraq; inseparabilia utraq; indefecabile totū, indiuisibile totum. Accidit aliquādo ut esset mater, quæ uirgo erat. Aduenit ut generaret, quæ nusquam corrupta usu generis maneret. Affuit ut parturiret, lege parturitionis ignota. Occurrit ut existeret in filio integra, quæ in coniuge non existerat diminuta. Sed illud est inextimabile, illud incomprehensibile, illud inenarrabile, illud admirabile, illud inauditum, illud inuisum, illud incognitum, illud inusitatum, ut uirginitas conceptu clarescat, ut partum uirginitas comitetur, ut generatio adsignet uirginem, ut uirginitas probet matrē, matrem quoq; ut uirginitas glorificet, uirginē ut grauitas matris honoret, ut decus maternum uirginitas assequatur, ut decus uirgineum matris fœcunditate feruetur. Ita maternam uirgo accepit ueritatē. Ita uirginis

Solent aliquā nonnulla admirationē digna in partu & conceptione cōtingere, sed omnium singularissimū, ac prodigiosum satis est q̄ partum uirginitas comitetur.

ginis gloria trāsit in genitricem. Ita nomē genitricis accidit in uirgine, ita pudor uirginis manet in matre. Sic ergo accidit, sic venit, sic adfuit, sic occurrit, ut si matrem quæram, uirgo est: si uirginem quæram, mater est: si prolem quæram, uirginis est: si pudorem quæram, matris omnino est. O uirtutum omnium deus, ô creator omnium Deus, ô factor omnium deus, ô mirabiliū autor omnium Deus, qui cunctis miraculis tuis, uniuersis insignibus tuis, totis mirabilibus tuis, omnibus magnalijs tuis, hoc factum, hoc opus, hoc gestū, hoc actum, miserationis thesauros aperiēs, pietatis arcana demonstrans, indulgentiæ diuitias referans, clementiæ riuos emittens in salutē meā, in redemptionem meam, in iustificationem meā, in liberationem meā, fecisti sine loquendi ratiocinatione mirabile: egisti sine rei exemplo singulare: formasti sine comparationis similitudine potentiale: cōplesti sine consimili æquiparatione uitale: finxisti sine intelligendi consideratione inextimabile: sine obliuione perenne, sine defectu stabile, sine interruptione iuge, sine fine laudabile. Per quod error amo

*Incarnationis
mysteriū multis
nomini-
bus, mortali-
bus necessa-
rium.*

tus est. Per quod languor ablatus est, per quod peccatum deletū est, per quod mors uerè destructa est, per quod salus collata, per quod uita concessa, per quod cælum patefactum, per quod regnum cælorum promissum est, per quod eundi inuenimus uia, per quod assequimur perueniendi ueritatē, per quod adipiscimur requiescendi uitam, per quod habemus perennē tuæ dulcedinis uisionē. Iam in præfenti, in hoc loco, in hoc situ, in hoc momento, & in hoc tempore, & in omnia secula seculorum.

MARIAM VIRGINEM

ex natione & stirpe, plebe & origine iudæorū esse proponit: ex fide autem & honore, laude & amore nostram, Christianorum, inquam, ac credentiū matrem atq; patronā: quodq; si non uirgo pareret nihil prorsus nouitatis esse. Tandem aliquot prophetarum oraculis probatū credit, uirginitatem

summam oportere cum maternitatis

gloria copulari. Cap. III.



VID dicis o iudæe? quid proponis? quid astruis? quid obicis? quid obiectas? Ecce uirgo nostra ex stirpe tua est, ex genere tua est, ex radice tua est, ex gente tua est, ex populo tua est, ex plebe tua est, ex natione tua est,

ex

ex origine tua est, Verūtamē ex fide nostra est, ex credulitate nostra est, ex assensu nostra est, ex reuerentia nostra est, ex honorificentia nostra est, ex laude nostra est, ex glorificatione nostra est, ex dilectione nostra est, ex amore nostra est, ex prædicatione nostra est, ex præconio nostra est, ex defensione nostra est, ex uindicatione nostra est. Quod enim tibi spiritus sanctus de illa per Prophetas prædixit, per oracula intima-
 uit, per figuras innotuit, per præcedentia promissit, per subsequētia compleuit: te negante, te non credente, te abnuēte, te respuēte, te resultante, te blasphemante; ego noui, ego credidi, ego sapio, ego ueneror, ego honoro, ego glorifico, ego amplector, ego amo, ego diligo, ego prædico. Quia me gratia præuenit, fides impleuit, misericordia subsequitur, amor prouexit, & rei huius gloria exaltauit. Te autem quem perfidia auertit, quem prauitas occupauit, quem cæcitas adiit, quis error obtinuit? quæ obstinatio indurauit? Dico, quare non credis in genere tuo puerperā uirginem? Quare nō credis sine uiro uirginem cōcepisse? Quare non credis propriū uirginem gestare filiū?

Credit atq;
 fatetur Catholicus, quod infidelis, incredulusq; iudeus sine uerecundia negat.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Solent infideles filij impiorum patrum mores ac dogmata sequi. Quare non credis, sine uiro uirginem manere post partum? An illo mendacij genere illinitus, illo primæuæ perfidiæ ueneno crapulatus, illo parentalis fallaciæ argumēto cōfusus, illo infidæ prosecutionis astu peruersus, illo antiquæ pertinaciæ munimento firmissimus, in sacris literis adolescentulā & nō uirginem parere posse causaris? Planè mentiris, falax es, & falleris, falsò criminaris, falsò impetis, falsò proponis, falsò cōtendis, falsò arguis, falsò defendis.

Si adolescentulā & non uirginem parere, dominus promississet, nullum signū admirabile foret. Si enim, ut ais, iuuencula & non uirgo parere posset, quod signum sicut promissit daret dominus? Quare miraculum faceret? Quid admirabile demonstraret? Quid inuitatū ostenderet, si iuuencula pareret, quod consuetudinis erat? Si puella pareret, quod mirabile fieret? Si adolescens foemina parturiret, quod teneritudinis erat? Si non impar matrimonio pareret, quod naturæ simul & temporis erat? Cuius interdum maxima cura de spōsi manet dilatione sollicita? Cuius mens de futuræ coniunctionis est expectatione proanxia? Cuius uota secundum sodalium experientiam nō incerta? Sed uerè illud esse signū, si uirgo pareret

pareret, & integra esset. Illud efficere nouitatem, si uirgo parturiret & integra esset. Illud existere nouitatem, si uirgo parturiret & pudore nitesceret. Illud haberi admiratione condignum, si uirgo generaret & incorrupta consisteret. In illo ostendi miraculum, si in humana conceptione fieret, quod humana natura nesciret. In illo dari signum, si nulli maritata uiro, fieret pariens uirgo. In illo rei stuporem fieri, si fœmina & uirginalibus simul & maternis inseruiret officijs. In illo facti admirationem peractam iri, si uno mulier tempore lætaretur præmis simul & pudoris & prolis. Vt ergo noueris in signo cõcepisse hanc fœminam, non in usu, in admiratione, non in conuentione fœtosam existere, in nouitate miraculi, non in uetustate parere coniugali: in incorruptione uirginea fœcundari, non in fœdere nuptiali, dei mater est. Sed propter incarnationẽ uerbi, dei genitrix est. Sed propter assumptionem hominis, dei administra-
 trix est. Sed propter quod idẽ subditus erat parentibus suis, dei nutrix est. quia qui hunc nutriunt reges & reginæ erunt. Quoniam iste filius eius, deus & homo est: uerbum &

Signum ad
 mirabile nos
 uitas & fuit
 uirginem in
 corruptã pe
 perijsse.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Ioannis. I. caro est, diuinitas & humanitas est, pax nobis, scandalum uobis est. Sapiencia nobis, *Prima Corinth. I.* stultitia gentibus est. Inde merito humana referuntur ad deum, & quæ dei sunt referuntur ad hominẽ.

Communi- catio idioma- tũ in dei con- ceptione fa- cta. tur ad hominẽ. Inde infolida hominis, dei participatione roborantur: & solida dei, hominis participatione infirmari dicuntur. Inde in imis, summa præueniunt: inde in summis, ima pertingunt: inde infolida solidantur solidis: inde insolita, solitis temperantur: inde insolita, sublimantur insolitis.

Deũ esse & hominẽ qui fuit ex uirgine natus prophetarũ testimonio probat. Quæ ut uera esse non ambigas, audi sancti spiritus uerba, audi prophetarum oracula, audi uaticinationum dicta, audi ueritatis præconia. *Esaias,* paruulus, inquit, natus est nobis: filius datus est nobis. Paruulus idem est christus: quia homo nõ sibi, sed nobis est natus. Filius datus est nobis: quia uti deus filius dei, se dedit incarnari pro nobis. Et ecce homo est, in eo quod paruulus natus est nobis. Deus autem est, ipse qui filius dei datus est nobis. Itẽ *Dauid:* Minorasti eum paulò minus à Deo: is qui minoratus dicitur à Deo, Deus certè equalis est Deo. Quia in eo quod dicitur minoratus, homo est uerè hu-

Esai. 9.

Psalmo. 8.

Psp. 109. milis natus. In psalmis ita pater de eo, quia
deus

Deus est. Ex utero, inquit, ante luciferū genui te. Quia homo est. Alibi dicitur: Quasi de vulua egreditur, tibi ros egredietur adoleſcentiæ tuæ. Item alibi: Homo factus est in Sion, & ipſe fundauit eā excelfus. In hoc quòd factus est, humilimus homo natus est. In eo quòd fundauit eā, excelfus est Deus. Multa quidem & alia copioſa verè: ſufficiētia prorfus, abundantia certè, exuberantia plenè, poteris inuenire, de duabus naturis, in Chriſti huius vnione cōnexis. Si tamē in illo credas, ſi illi fidelis exiſtas, ſi ei fidem ueram exhibeas, ſi illum in veritate cōfitearis, ſi illi ueram confessionem impendas. Quæ tamen ego ipſe, ex toto non prætermittens, conijciens innectam aliqua poſt paulisper. Cuius ergo tantæ gloriæ & dignitatis eſt filius, vt ſit in aſſumpto homine deus? Audi quāte glorię & nobilitatis eſt genitrix eius. Hæc in Eſaia: Virga ex radice Ieſſe. id eſt, de genere eius exorta. Virga, quæ florē hūc Chriſtum, ſpiritali tamen infuſione, ſine hominis corruptionis acceſſione produxit. Item in Eſaia. Hęc ſola terra fide aperta, nō corruptione, germinare potuit ſaluatorem. Rorantibus cœlis, & nubibus pluentibus

Videtur locus uitiatus.

Psalm. 86.

*Eſaia. 11.
Multis prophetarū oraculis matris Dei uirginis tatem confirmari.*

Eſa. 45.

B v iuſtum

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Eze. 44. iustū, id est, prophetis pronūntiantibus eius aduentum. Hæc in Ezechiele: Domus Dei est, cuius pudoris integerrima claustra sūt, ad orientem consistens porta, semper est clausa. Quæ neq; ante natum, neq; post natum hunc filium, alterius accessum vel trāsītum nouit. Quia ipse solus dominus per eam nascēdo transiuit. Vnde & semper est clausa, quia semper est virgo. Hæc in psalmo. Thalamus Dei est, quia de vtero eius, iste incarnatus Deus processit, velut sponsus in ea, relicto perennis virginittatis decore & mansuro. Item in psalmis, Hæc terra est, de qua veritas oritur, quæ veritas christus eadem est, & quæ de cælo prospexit iustitia eius. Item in psalmis. Hæc terra fructum suum dedit, id est, Christum nostrum genuit, in quo & benedixit nobis, id est, Deus deus noster, vt benedicat nobis deus, & simus benedicti à deo, ter vocabulo repetito. Quem in trinitate, vnum deum, omnis terræ metuant fines.

*

Hor-

HORTATUR IMPVDI-

cum Eluidium, ne virginis & matris minuat gloriam, cuius ignominia redūdat in prolem. Et quod virginem adorant omnes cœlestes virtutes, & confluunt ad eam omnes populi: neve in suorū patrum prolapsus errorem, mēdacium loquatur apertum. Eius perfidiā obiter ostendit ab antiquis patribus diuinitus prophetatam. Terrorem deniq; diuini iudicij eidem incutit, nisi ab incepto resipiscat.

Cap. IIII.

SIT rogo iam, sit rogo, iudæe, gratissimū tibi, tātæ virginis decus, in tua cognatione repertū. Sit amabile, tātæ glorię uirginem, in tuo genere inuenisse. Sit lētū, in tua traduce tātę pudicitiaę uisum insigne. Sit iocūdū, in stirpe tantūdem tua, patefactū tale miraculū. Ecce impleta est omnis terra per hęc uirginē gloria Dei. Cognouerūt omnes, à paruo usq; ad magnū, per hęc uirginē Deū uiuum. Viderūt omnes per hęc uirginē, salutare dei. Rememorati sunt & cōuersi per hanc uirginē ad dominū uniuersi fines terræ. Adorāt in cōspectu filij eius omnes patrię gētiū. ipsius est filij regnū, & ipse deus dominabitur gētiū. Cantāt oēs ipsi domino filio eius, redēptionis suę canticū nouū, quia nascēdo d̄ hac uirgine magnalia facit.

Gentium
cōuersio per
uirginis mar-
ie concep-
tionē facta.
Psal. 97.
Psal. 21.
Ibīd.

Psal. 97.

Notum

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Ibi. Notum facit dominus per hanc virginem salutare suum, & ante cōspectum nostrum reuelauit hanc iustitiam suam. Inuenerunt per hanc virginem Deum, qui eum per obseruantiam legis inuenire non potuerunt. Ve-

Ioan. 1. nit per hanc virginem Deus, & congregatis gentibus & linguis venimus & vidimus gloriam eius, quasi gloriam vnigeniti à patre. Congregatæ sunt omnes gentes in no-

Iere. 3. mine huius domini in Ierusalem, quæ est visio pacis, id est, in gloria uniuersali, & non ambulabunt ultra post prauitatem cordis sui. Iurauit dominus in veritate & iudicio. Et ecce tali matre progenitum omnes gentes benedicunt, ipsumque collaudant. Ecce iste Deus fortitudo nostra est. Ad hunc omnes gentes veniamus ab extremis terræ: & cum

Iere. 16. Ieremia dicamus: Verè mendacium possederunt patres nostri. Ecce in die nouissimo

Esai. 2. hic mons filius virginis huius, præparatus est in vertice montium, id est, eleuatus est super apostolos nostros, & super omnium virtutum cælestium maiestates. Confluimus ad eum populi, & properamus gentes multæ. Ascendimus ad hunc dominum, montem domini, & ad domum Dei Iacob, quæ est

eccle

ecclesia Dei viui. Docet nos de vijs suis, i-
 mus in femitis eius, quia lex gratiæ de Siõ
 egressa est, & verbũ domini de Ierusalem.
 In quo iussum est sanctis apostolis nos om-
 nes in eius nomine baptizari, & sancto spi-
 ritu adimpleri. De te autẽ propter cordis
 tui pessimi obstinationem, propter impurã
 voluntatem, propter infidã mentem, pro-
 pter conscientiam malam, propter incredu-
 litatem iugem, propter superbiam veram,
 propter obedientiam fallacẽ, propter pro-
 missa infidelia, propter fidem inconstabilẽ:
 Audi dominum in Deuteronomio procla-
 mantem: Erũt gentes ad caput, incredulus
 autẽ populus ad caudã. Cui ergo incredu-
 lus es nisi isti Deo, in humilitate hominis
 ex hac virgine nascenti? Itẽ Jeremias: Præ-
 uaricatione præuaricata est in me, domus
 Iuda, ait dominus, Negauerunt dominum,
 & dixerunt: non est ipse. Quo nunc vsq; Iu-
 dæe, propter hunc Christum dominũ me-
 um, cuius virginis filium dicis, nõ est ipse.
 Expectas alium, cum quo pereas antichri-
 stum? Item Esaias: Tota die expãdi manus
 meas ad populum non credentem & con-
 tradicentem mihi, Non credentem & con-
 tra-

*Vt fides gen-
 tium multitu-
 dinẽ ad sum-
 mum Chri-
 stianæ profe-
 sionis hono-
 rem euexit:
 ita incredulitas iudæorũ
 gloriã ipsos-
 rum in dede-
 cus cõmuta-
 uit.*

*Deute. 28.
 Iere. 5.*

Esai. 65.

tradicientem, cui nisi isti domino? Qui quoniam de hac virgine nasci dignatus est, credere nolunt hūc esse Deum. Item Jeremias: *Jerem. 8.* Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex Dei nobiscum est? Verè mendacium operatus est, stilus mendax scribarū. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. Verbum enim domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Quod verbum? Hoc utiq; de hac virgine carne factum. Et quam sapientiam? Hanc scilicet Dei patris, quæ gentibus stultitia est. Itē Esaias: Audite me duro corde, & qui longè estis à iustitia, prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Quæ iustitia, & quæ salus, nisi hic à quo iustificati & saluati credentes sumus. Item Esaias: Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures sunt ei. Quid non uidentem & quid non audientem, nisi hunc Dei filiū, ex homine incarnatum, & cuncta quæ de eo multifariè sunt prædicta? Item in Osee: *Osee. 7.* Væ, inquit, eis, quoniam recesserunt à me, vastabuntur: quia præuaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacium. A quo recesserunt? Vtiq;

Vtique à me, Quem humilem uidentes hominem esse contēnunt Deum. Et quod mendacium locuti sunt; nisi quod & in Ieremia dicente: Non est ipse. Et quare non est ipse? Quia uidistis eum, & non erat aspectus; desiderastis despectū & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem ferre infirmitatem: & quasi absconditus uultus eius & despectus. Vnde nec reputauimus eum. Quibus uerbis, tua incredulitas significatur. Cui uisus est Christus non habere speciem neq; decorem: unde neque à te reputatus est esse Deus. Dixi celer, dixi currens, dixi transiens, dixi pernix, dixi uelox, dixi citatus. Quæ citò reperij, quæ de uicino attigi, quæ de proximo inueni, quæ de confinio intuli. Nam si peritia pollens, si prudentia uigil, si acumine uiuax, si inquisitione strenuus, si sollicitudine minus iners, uellem aut possem: dies mihi deficiet, momēta decrescēt, horæ lassabunt: mane ruet, meridies liquefcet, uespere decidet. Intempesta & gallicinia, crepusculūq; noctium abundāti nō suppetēt, de talibus sacramentis, aut fidei meæ congrua, aut perfidiæ tuæ discordantia, & ad-

Esa. 53.

Prophetarū uerbis iudeorū perfidiam pronuntiatā breuissimè concludit.

uer

DE ILLIBATA VIRGINITATE

uerfa promere vel narrare. Vnde iam veni
 mecum ad hanc virginem, ne sine hac pro-
 peres ad gehennam. Veni abscōdamur sub
 velamento virtutis eius: ne induaris confu-
 sione, sicut diploide. Veni cōfiteamur, ego
 delicta iuuentutis & ignorātiæ meæ: & tu
 delicta sacrilegij & sceleris tui, ne reuelent
 cœli iniquitates tuas. Veni humiliemur in
 veritate confessionis & laudis eius, ne terra
 confurgat aduersum te, asserens tanti scele-
 ris se tuam perfidiam sustentaſſe. Non eru-
 bescas filium eius esse Deum tuum, ne ipse
 te erubescat coram angelis suis. Non eru-
 bescas sermones eius, ne ipse te in adnota-
 tione libri viuentium erubescat. Confitere
 illum in regione terrarum, ne ipse te non
 confiteatur in terra viuentium. Confitere
 illum Deum esse & filium hominis matris,
 vt ipse te confiteatur coram patre suæ diui-
 nitatis. Time maiestatem eius inter homi-
 nes, ne te humanitas eius in tartara præcipi-
 tet coram angelis. Dilige illum dum patiēs
 est, ne odio habeat te, dū iudicauerit te. Ar-
 bitror me per virtutem Dei, hostem vt po-
 tui confodisse, reliquisse cæsum, abiēcisse
 inervatum, exanimem dimisisse. Vnde &
 palli

Ad uirginē
 hortatur cō-
 uerti infide-
 lem, ipsa es
 nim duce nu-
 lla erit con-
 fusione per-
 fusus.

Ad dei thyl
 stidyl hdd
 id fah elth
 off, Othi ho
 or aana oya
 o. Eriancyl
 dyp Rge.

pallidus adest, exanguis superest, defessus agitur, iatigatus manet, concisus iacet, cōfusus ruit, elisus interiit, de vitali flatu nihil superest, de spe vitæ iam nihil est, de reditu vitæ illi expectatio non est. Vnum tantum est, quod alitus perfidiæ anhelat, quod exile murmur erroris aspirat, quod tenue tale de sacrilegij sepulchro, animæ naribus exhorret. Verum redeam, repedam, retro gradiar, retro conuertar; & non eam donec deficiat: non vadam, donec intereat: non pergam, donec astrictus sub pedibus meis euanescat: ne de cadauere perfidiæ quidam vermiculus supersit, ne de morticinio sacrilegij, tinea quæcunq; confurgat: ne de tabo prophanationis, quodcunq; genus vermium oriatur. Quod in criminū antro dæmonum fauoribus pastum, etsi non adsurgat in beluā, euolet in volucrem. Aplaudatq; sibi nostræ disputationis retia euasisse, qui funditus se ingemiscit, vincere nequiuisse. Gutturq; à capulo dissertæ ratiocinationis abducat, & per aëreas potestates leuitate vagabunda ferendus sese fraude suspēdat. Hæc scilicet sub pauore, vel fuga illi arrideat, cui sub spe victoria non cōcordat.

Repetit iterum, sed latius multo, aduersus Eluidiū disputationem, de uero deo, & homine christo.

G

Auditū

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Auditum ergo antequam loquelam exanimatae hostis appone: auriculam, antequam linguam adaperi: ante auris, quam oris remove feram, ut prius noueris, quam loquaris: primitus sapias, quam respōdeas: prius corde percipias, quam ore depromas. Sicq̄ de hac veritate ut cognoscas plenitudinem veritatis, asserete. Considera, intuerere, vide, intellige, perpende, animaduerte, intende, scito, sapito, disce, cognosce, hunc eundem esse Deum ex Deo, in ueritate naturæ suæ, qui ex uirgine fatus est homo, in ueritate naturæ meæ. Hunc esse perenniter æternū, qui dispensatiuè factus est temporalis. Hūc uenisse qui est uerè immobilis: hunc contineri in loco, quem non continet locus: hūc esse intra locum, qui est omniū locus. Nam & ut exatius dicam, ipso ducāte sequar eū: ipso præeunte, curram post illum: ipso antecedente, uadam post eum: ipso adiuuante, uel uocāte ingrediar ad illū. Et in quātū ipse promiserit, asseuerē tibi, ostēdā tibi, enarrē tibi, promā, expediā, conuincam, probem, quis est, idē ipse qui uenit: & unde uenit: & quā uenit: & ubi uenit: & quare uenit, & quomodo uenit, & quid egit audi iā nūc.

*Propositio
dicendorū
co
piofa.*

Sacrum

SACRVM INCARNATIONIS

arcanum multis nominibus mirandum depinxit: tum propter illum qui venit, & patrē à quo venit: & deficiente genuino duce in Israel: tū etiam ex ciuitate Bethleem, quam suæ natiuitatis dignitati aptissimam esse cognouit. Adde etiam propter finem, vt hominem à dæmonis seruitute liberaret, collapsūq; erigeret. Modū similiter ostendit, quia non superbus, sed pauper, & humilis venit.

Cap. V.



VIS est Christus qui uenit audi iam nunc. Quis est idē qui uenit, non alius quàm Deus, & omnipotens Dominus. Dicat Malachias: Venit ad templum sanctū suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quē uos uultis. Item in Exodo pater de eodem, ad legislatores dicit: Ecce mitto angelū meū, q̄ p̄cedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem parauī. Obserua eum, & audi uocem eius: nec contemnēdum putes, quia nō dimittet cūm peccaueris. Et est nomen meum in illo. An quia angelum audis, non putas esse factorem Deum, sed quempiam angelum factum? Absit. Magna certe dementia agitaris, si credis Deum cuiquā

Qui uenit ipse est Dei omnipotentis filius, factus homo. Malachi. 3.

Exod. 23:

Cū angelo

DE ILLIBATA VIRGINITATE

angelo, & potestatem & nomen proprium contulisse: atq; contra tuam, simul et meam uocem, non fit uns Deus qui fecerit omnia. Quare angelū dicis illi esse æqualē? Quod utiq; quia ita non est. uerum est. Quis enim in nubibus equabitur domino? Aut quis similis erit Deo inter filios Dei? id est, in angelis bonis, & in omnibus sanctis: quos adoptionis amore, diuinæ paternitatis pietas filios uocat. Vnde Christ⁹ uenit? Vnde uenit? Verè non aliunde quàm de Deo uenit. Audi ipsum per Salomonem: Ego ex ore altissimi processi. Itē pater in psalmis de eo: Ex utero ante Luciferum genui te. Hinc & aliàs ipse per Salomonem: Ante omnes colles ego parturiebar. Et Zacharias: Hæc dicit dominus exercituum, post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt uos. Qui enim tetigerit uos, tanget pupillam oculi eius: quia ecce leuabo manum meā super eos, & erunt præda his, qui seruebant sibi: & scietis, quia dominus exercituum misit me. Vide omnipotētem dominum exercituum ab omnipotente patre domino Deo exercituum missum. Missus est autem ad gentes post gloriā deitatis, quam

apud

Psal. 88.

*Non aliunde
deuenit Dei
filius nisi à
patre à quo
ab æterno
processit.*

Eccle. 24.

Psal. 109.

Prouerb. 8.

Zacha. 2.

apud patrem habuit, cum fieret humilis in forma serui, qui erat æqualis paternæ diuinitati. Item Esaias: Ego primus, & ego nouissimus: manus quoq; mea fundauit terrã, & dextera mea mēsa est cœlos. Non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fierit ibi eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. Ecce qui primus & nouissimus & factor omnium est, mittitur à domino patre: cui & coëternus, coëqualis habetur. Itē quando Christus venit? Quando venit. Dicat Iacob in benedictionibus patriarcharū. Nō deficiet princeps de Iuda: nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Tunc ergo venit, quando per ambitionem, succedente in regno Herode alienigena, defecit in israël princeps de Iuda. In quo defectu aduenit ille qui mittendus erat, quem gentes & populi expectabant. Item in Daniele, ad se loquēte angelo. Daniel animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abreuiatæ sunt super populum tuū, & super urbem sanctam tuam, vt cōsumatur pruaricatio, & finem accipiat peccatū,

Esaias. 48.

Deficiēte genuino principe, in Iuda & alienigena duce regnante, natus est christus.

Gene. 49.

Daniel. 9.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

& deleatur iniquitas, & adducatur iustitia
 sempiterna, & impleatur visio & prophe-
 tia, & vngatur sanctus sanctorum. Quod
 tempus olim esse completum prædictarū
 rerum & euentus & exitus docet. Vbi chri-
 stus venit: item vbi venit, dicat Micheas.
 Et tu Bethleem domus effrata, nunquam
 paruula es in millibus Iudaæ ex te mihi egre-
 dietur, qui sit dominator in israël: & hoc se-
 cundum carnem. Nam secundum diuinita-
 tem, illud est quod cōnectit, & egressus eius
 à diebus æternitatis. Item David ambula-
 bunt de virtute in virtutem, & videbitur
 Deus deorum in Sion. Item Ieremias in
 lib. Baruch: Hic est Deus noster & non esti-
 mabitur alter ad eum: qui inuenit omnem
 viam prudentiæ, & ostēdit eam Iacob pue-
 ro suo: & israël dilecto suo. Post hæc in ter-
 ra visus est, & cum hominibus conuersatus
 est. Item quare venit ipse, per Esaiam dicit.
 Spiritus domini super me ppter quod vn-
 xit me euangelizare, pauperibus misit me,
 prædicare captiuis redemptionem & cæcis
 uisum. Item ipse: Ecce Deus nŕ, ipse ueniet
 & saluos nos faciet. Itē Abacuch, Existi in
 salutem plebis tuæ, ut saluos facias electos
 tuos.

Michea. 5.
 Non ad po-
 pulosam Iu-
 daeorum ciui-
 tatem domi-
 num uenisse,
 uerum ad mi-
 nimā Iudaæ
 prouinciæ
 Bethleem.
 Psal. 38.
 Baruch. 3.

Vt collap-
 sum hominē
 erigeret &
 infirmatum
 sanaret ue-
 nisse christū
 Esaias. 6.

Abacuch. 3.

tuos. Itē quomodo Christus uenit; quomodo uenit; abiectus utiq; & egenus. Dicat Zacharias: dicite filiæ Siō. Ecce rex tuus uenit tibi, iustus & saluās pauperes, & sedens sup asinū indomitū. In psal. David de eo ait, Ego autē sum uermis & nō homo, opprobriū hominū & abiectio plebis. Itē apud Esaiā, ex p̄sona Dei patris. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabit & eleuabit, & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerūt sup te multi, sic ingloriosus erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominū. Iste adspersget gētes multas. Sup ipsū cōtinebūt reges os suū: q̄a q̄bus nō nuntiatū est de eo uidebūt, & q̄ nō audierūt cōtēplati sunt: q̄s credit auditui n̄ro, & brachiū dñi cui reuelatū est; Et ascēdet sicut uir gultū corā eo, & sicut radix de terra sitiēti: Nō est species ei neq; decor: & uidimus eū & non erat aspectus, & desiderauimus eū: despectū: & nouissimū uirorū, uirū dolorū, & sciētē ferre infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eū. Verē langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum; & percussū à deo &

Non furibundus & petulanti gloria plenus, sed pauper, humilis, & abiectus uenit Christus.
Esai. 22.
Psal. 21.

Esaias. 53.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

humiliatum . Ipse autē uulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uia sua declinauit : & dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & sicut agnus corā tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem autem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra uiuentium: propter scelus populi mei percussus eū & dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua, eò q̄ iniquitatē nō fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et dñs uoluit eum contēnere in infirmitate : si possuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius diriget̄. Pro eo quòd laborabit anima eius uidebit & saturabitur: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò dispersiã ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in morte animam suam,

suam, & cum sceleratis deputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit. Item apud eundem. *Nō clamabit, neq; audiet quis in plateis uocem eius. Calamum quassatum non conteret & lignum fumigans nō extinguet, sed in ueritate docebit iudicium & proferet iustitiam quoadusq; ponat in terra iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt.* Et in psalmis de se ipso sic ait. Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. *Esa. 42. Psal. 2 r.*

OPERA ILLA VALO-

ris eximij quæ Christus adhuc uiuente compleuit, immensæ diuinitatis ipsius testimonium esse proponit contra Iudæum. Item vtriusq; testamenti locorum congerie, diuinitas & humanitas probatur eiusdem. Cap. VI.



DAPERI Iesus meus, *Inuocatio ad Christum Iesum ut ipsius fauore quæ deinde sequuntur ipse se loquatur.* adaperi os meum, & reple illud confessione misericordiae tuæ. Tange os & auriculam cordis mei dicens: Effeta, quod est, adaperire. Et audiā *Mar. 7.* quid

DE ILLIBATA VIRGINITATE

quid loquar per spiritum sanctū tuum. Reple os meum laude tua, vt possim enarrare magnificentias tuas: atq; confitear tibi misericordias tuas, & mirabilia tua filijs hominum. Quid egisti domine: quantum ad omnipotentiam vnicae trinitatis pertinet omnia per te facta sunt, & sine te factum est nihil. Quantum autem ad id attingit, specialiter in tua persona incarnari & hominibus apparere saluator omniū aduenisti: & ipse factus es sub lege, natus ex muliere. Verum & quos operum tuorū egressus habueris, atq; quosdam saltus mirabilium diuersitatibus dederis: psalmista dicat. Visi sunt gressus tui Deus, ingressus Dei mei. Illi utiq; quibus in mundum per virginem venis, & quibus ad patrē per resurrectionis gloriam redis. Vnde & venisse te tam multavaticinantium dicta confirmant, quā operum tuorum exempla demonstrant. Cū igitur in mundum venisti aduersans tibi Iudæa, datæ sibi legis assertionibus, cognoscat quid egeris. Primò itaq; Iudæe cū inuisibiliter hic Dei filius, & omnipotens Deus, ad virginem venit quid ait nisi vt iuxta quod Esaias dicit, de egressu

Explicat ex illis superius memoratis hoc ultimum quod supererat, nempe quid egerit Christus ex virgine matre feliciter ac inefabiliter ortus & procreatus.
Gala. 4.
Psal. 67.

Obiter quidem sed eruditè uaria loca sacrae scripturae cōcionatorum more interpretatur.
Contra Iudæum.
Esa. 11.

sa virga. id est, de matre uirgine : de radice generis Iesse, ascēdit hic flos: nascitur utiq; filius, nulla corruptione creatus, sed sola sancti spiritus infusione generatus. Itē iuxta eundem ait, ut non in usu iuuencula, sicut tu mentiris: sed sicut ego uerum dico, in signo concipiat uirgo. Item iuxta eundē ait, ut sine corruptionis accessu, solo spiritus sancti calore, & uirtutis altissimi obumbratione, aperiatur terra corporis uirginalis, & hunc germinet saluatorem. Item iuxta Daniele ait, ut abscidatur. id est, ut abstrahatur, hic lapis de monte generis Iudæorum, sine manibus præcedentis: id est, sine operatione corruptionis: & ueniens in terra amplitudinis totius mundi, impleat potētia sua orbem terrarum: & à mari usq; ad mare firmet dominiū suum. Item uerò iuxta Psalmistam ait, ut egredietur sponsus de thalamo uteri uirginalis, assumpturus illā sponsam ex omnibus nationibus. id est, ecclesiam uniuersam. Cui alio loco dicitur: audi filia uocem Dei, & uide misericordiam præuenientis te Dei. Et inclina aurem obediētiae tuæ, & obliuiscere populi tui prophætationes, & operum prauitates: & ne recorderis

Esai. 7.

Esai. 45.

Daniel. 2.

Psal. 18.

Psal. 44.

Quid pulcherrime uersiculi huius expositione?

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Psal. 84.

deris patris tui, diaboli uidelicet, siue mundi, illecebras: & temporalium rerū turpes amores. Item iuxta Psalmistam ait: ut de terra materni corporis, oriatur nascētis ueritas carnis: & respiciat de cœlo iustitia deitatis. Sicq; in unitate personæ Deo &

Psal. 84.

homine consistente, hæc terra uirginis nostrę, hunc det filij fructum, dante nobis domino benignitatem nostrę redemptionis.

Ezech. 44.

Item iuxta Ezechielem ait: ut de hac materni uteri domo per pudoris uirginci portam, idem dominus deus israel egrediatur: ac dum nec ante, nec post natiuitatem eius, ullum unquam integritas, corruptionis nouit accessum, eadē porta sit clausa: quia semper est uirginitatis fera cōclusa. Horū itaq;

Nō fuit in aliqua sui parte mutatus Deus factus homo, quin potius māsit qd̄ erat & qd̄ non erat assumpsit.

uaticinātium omniū ad hoc summa porrecta est, ut de spiritu sancto, & maria semper uirgine fieret hoc uerbū caro, fieret de^o homo, fieret humanū, qd̄ erat diuinū: nō diminutione deitatis: nō interitu eternitatis: nō commutatione incōmutabilis ueritatis, sed assumptione carnis, sed participatione hominis, sed societate humanitatis. Sicq; in

Vide modū loquendi.

unione personæ, idem sit uerbum qui caro: idem sit homo qui Deus: idem sit, & qui di-

uinitas

unitas & qui humanitas est. Ac p hoc iux-
 ta Ieremiam, ipse unus Christus fit Deus
 qui inuenit omnem uiam prudentiæ: qui &
 cum hominibus cōuerfatus est homo. Iux- Baruch. 3.
 ta Pſalmistam, ipse fit homo in Sion natus, Pſal. 86.
 qui fundauit eam Deus excelsus. Iuxta E- Eſa. 2.
 ſaiam qui dicit. Quieſcite ab homine cuius
 ſpiritus in naribus eius eſt: quia excelsus re-
 putatus eſt. Ipſe fit homo in cuius humani- Ex his plas-
 tatis aſpirationibus, diuinitatis eius ſpiri- nè locis dus-
 tus eſt, qui fit & Deus, qui eſt reputatus ex- plicè in Chri-
 celsus. Iuxta Dauid: ipſe fit dominus Deus ſto naturam
 ad quem loquitur dominus Deus: ipſe fit elegantiſſimè
 homo, qui ſedeat à dextris Dei. Iuxta E- colligit.
 ſaiam, ipſe fit homo qui paruulus natus eſt Pſal. 109.
 nobis: qui fit & Deus, qui filius Dei datus Eſa. 9.
 eſt nobis: iuxta Pſalmiſtam. Ipſe fit Deus Pſal. 44.
 cui dicitur. Sedes tua Deus in ſeculum ſe-
 culi. Qui fit & homo, qui per exultationis
 oleum, ſancto ſpiritu dicitur unctus. Iuxta
 uocem domini per Ieremiam, ipſe fit ho- Iere. 23.
 mo cum dicitur. Ecce uenient dies, dicit do-
 minus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum,
 & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iu-
 dicium & iuſtitiam ſuper terram: qui fit &
 Deus cùm ſubiicitur. In diebus eius ſalua-
 bitur

DE ILLIBATA VIRGINITATE

bitur Iuda, & israël habitabit cōfidēter: & hoc est nomen quod uocabit eum iustus Deus noster. Iuxta Micheam: ipse sit homo de quo dicitur, stabit & uidebit, & pacet gregem suum. Qui sit & Deus, cum subiungitur, in uirtute domini & honore nominis Dei sui erunt, quoniā nūc magnificabitur usq; ad terminos terræ, & erit iste pax. Audisti quid egerit adueniēs Deus in utero uirginis? Audisti quod cū sit deus, homo factus est? Audisti quia cū aliud sit Deus, & aliud homo: non tamen est alter deus & alter homo: sed unus est dominus meus Iesus Christus, idem deus & homo? Audi iam nunc quæ miraculorū opera egerit. Quæ mirabilium acta gesserit: quæ magnalium gesta fecerit: quas uirtutum operationes patrauerit: quos operationū effectus ediderit. Certè hæc quæ auditurus es, in gente tua, in genere tuo, in populo tuo, in plebe tua, facta cognosce. Quoniam et ipse qui ea fecit secundum quòd homo est, ex radice tua, ex stirpe tua, ex propagine generis tui, in ueritate carnis naturæ meæ uoluit nasci, Sed uellem plenè cōtra sacrilegium et perfidiam tuam, ueritatis huius negotium

Michea. 5.

Ne dum superiora testimonia Christum hominē simul ac Deum ostendere, sed & opera ipsius eiusdem ueritatis præconia esse.

negotium partis meae assertoribus intima-
re. Et ut ueredicum ius ueritatis meae, coram
domino & angelis eius in foro orbis terra-
rum spectantibus cunctarum nationibus gen-
tium, meorum testium fidem proponerem.

Sed video te fallaci conatu, peruerso astu,
infido obiectu, labenti congressu, deprava-
uato animo, impuro sensu, prophanatico
eloquio, quod est ex omni parte confusum,
uelle te respondere instrumenti noui auto-
res nolle recipere: sed autoritatis uetusta-
te assertionibus dimicare. Respondebo &
ego, si nouis assertoribus ueritatis minimè
cedis. Cultum ipsi pro se loquenti ueritati
succumbe. Sed rursus obijcis, hæc quæ di-
xisse ueritatem opponis. Nouorum sunt præ-
dicatorum intimata præconijs: Et ego di-
cam: ut ergo ais tempore non autoritate con-
tendis, electione non iure disceptas: uelle non
ordine causam narras dum uetustatem nouitati
proponis: dum noua ueteribus impugnas: dum
ueteribus noua euacuare conaris. Certè iste
directus in itæ disceptationis est ordo, iste
actionis debite processus. Hoc negotij uerum ini-
tium: hoc disputationis ordinate competens mo-
dus: ut uetusta promissa, noua opera compleant:

Qui est ueritatis impu-
gnator, paratus est pro-
fecto ut anti-
quos ueritas
patronos,
ita nouos ip-
sius defenso-
res irridere.

Competens
erit disputa-

ut

DE ILLIBATA VIRGINITATE

tionis initiū, si noua nouorum pronuntiata cū ueteribus copuletur, siquidem omne uerum uero consonum. ut umbram ueritas excludat: ut incerta & occulta patens exhibitio manifestet: ut antiquitatis arcana, noua fides aperiat: ut ueternorum secreta credulitas adueniens reuelet: ut absconsa mysteria religionis nouitas ostendat: ut temporum primitiua temporum plenitudo corroboret. At nūc quid uetera quæris: quia transierunt & ecce facta sunt noua? quid illorum temporum recordaris, propter quæ facta nō sunt, quoniam facta sunt propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt? quid tantundem uaticinijs primæuis attendis, cū iam omne uaticinium rei gestæ sit exhibitione completum? Quid de lege & prophetis agis, cū ea quæ usq; ad Ioannem dixerunt in Deo Christo Iesu nostro esse completa, testentur etiam rerum omnium elementa? quid

Colligit tandem quod superius dixerat, perfricta frōtis pæculdubio esse ut uetustos autores, ita & nouos recipere nolle. uerò dicam? ideo te nolle recipere nouos, quia spreuisti uetustos. Ex hoc iura natiuitatis impetere ex quo antiqua uisus es spreuisse. Ex hoc renuere gratiam, ex quo impugnaueras legem. Ex hoc non dare fidem euangelio, ex quo dudum contradixeras legali præcepto. Ex hoc impugnare apostolos, ex quo impugnaueras & prophetas.

Ex

Ex hoc nō adquiescere doctoribus meis, ex quo non adquieuiſti rectoribus tuis; ex hoc prophanare ueritatē, ex quo prophanaueras & ueritatis promiſſionem. Ex hoc reuelata neſcire, ex quo ad aperta noluiſti cognoſcere. Ex hoc eſſe perfidus in temporū plenitudine, ex quo fuiſti infidus in futurorum promiſſione. Sed age nunc quo nam ordine propoſitionis peruerſæ hic modus poterit eſſe iuſtus: ut aſſequenda ueritatis cognitione, de turba ueridicorum perſonas eligas, quibus credas: & micans patulæ ueritatis fulgur intendens nō attendas? Quo' ue itinere dirigitur huius actio cōmoti certaminis, ut me apertiora inditia proferente tu in tua electiōne conſtituas, quod in mea contradicōne defendas? Poſtremoq; tergiuerſatio iſta eſt, ut ego ueritatem proferam, quā tu renuiſti uidere, & de eiufdem coneris in quæſtione contendere. Aut quiſnā hic cōglobatæ reſpōſionis eſt iſtus, ut aſſertores ueritatis inquiras, & prolatā ueritatē uidere cōtemnas? Si licet tibi eligere cui credas, ergo eligere liceat & qd' credas. Si licet tibi electiōne tua uindicare quod credis, liceat & electiōne inuenire cui credas:

Optio datur Iudæo, ut ordinem diſputationis inquiret, et quibus credat doctores attendat.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

ac per hoc ita Iudæorū regulas rumpas, ut de electione feras libitum, non de iusta disceptatione iudicium. Non enim quod debes, sed quod placet dicis: neq; quod inueniat, sed quod operiat ueritatē opponis: dū publicē ueritati non credis & hanc in abditis quæris: dum per semetipsam quid uerū sit de se ueritas clamat: & tu de illa quid uerum se habeat electionis disputatione requiris. Veritas dicit per semetipsa, ego sum. Et tu qui speciem ostendat ueritatis inquisitorē quæris? Veritas dicit: Ego sum uia: & tu in deuijs uiam quæris? Veritas dicit: Ego sum uita, & tu uitæ præcones inquiris? Veritas dicit: Qui sitit ueniat & bibat. & tu qui sitientem potet ad ciscis. Veritas dicit: Ego à deo exiui & ueni in hunc mundum: & tu eligis quis sit ille qui uenire possit in mundum. Veritas dicit: Ego & pater vnum sumus: & qui me uidit, uidit & patrem: & tu asseris hunc nec à deo esse, nec huic æqualem existere posse. At uerò quia ex defensoribus partis tuæ tibi met applaudis, nolo sis anceps. Pro certo autem disce quia quos tibi aduocas mei sunt: quos tibi assumis, proximiores mihi sunt,

*Varia loca
noui instrum
menti propo
nit, quibus fi
lius Dei quid
ipse esset &
quid ageret
ostendebat.
Ioan. 14.*

Ioan. 16.

Ioan. 10.

Sunt, & notissimi mihi sunt. Quæ enim tibi in tuis auribus, suis uocibus indiderunt, cordi meo uirtute intelligentiæ impresserunt: quæ tibi sonuerunt, mihi cohererunt: quæ te sonitu tetigerunt, me tactu illustrauerunt. Sed placibilis ego cedam, non uictus ueritate, sed fultus: cum tu infamis cedas, non fultus ueritate, sed uictus. Astipulabunt enim testes tui quæ assero: firmabunt quæ intimo: asseuerabunt quæ propono: stabilient quæ confessor: statuent quæ intulero. Fides nanque mea, illorum est ueritas. Propositio mea, illorum est attestatio: cognitio mea illorum est testimonium: loqui in tempore meum, illorum est sapere in æternum: proponere meum, firmare est eorundem: non tacuisse meum, dixisse illorum est. Sic lingua mea flatus illorum est. Sic eloquium meum spiritus eorum est: Sic uerbum meum spiraculum est ipsorum: quia uerbum Dei quod per illas uenit, in me prouenit: quia sapientia Dei, quæ illos impleuit me tetigit: quia spiritus Dei, qui illis loqui dedit, mihi audire & annuntiare concessit: inde cor illorum, os meum est. Inde os illorum, sermo meus. Inde ser-

Inuohitur ex professo contra Iudæum eo quod ueritatem obnubilat: atque eisdem sue partis deffessoribus propositam ueritatem pollicetur confirmare.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Non aliter
quàm anti-
quorum fis-
des anūntiat
uir sanctiss-
mus in Iu-
dæū enarrat

mo illorum, fides mea : inde fides illorum
affirmatio mea : inde quod sapiunt, dico : in-
de quod dicunt, scio : inde quod sciunt, an-
nuntio : inde quod inquiunt, nō taceo : inde
quod annuntiauerunt, enarro . Quia uiuit
in me , qui uiuebat in illis . Quia est in me,
qui erat in illis : quia non tacet in me, qui lo-
quebatur in illis : quia manet in me usq; in
æternū, qui non defuit in illis usq; adhuc.

Ioan. I. 7

Quare ergo nō credis filio dicenti : omnia
quæ habet pater mea sunt : cū ad patrem
de illo dicatur : Omnia subiecisti sub pedi-

Psal. 8.

bus eius? Quare non credis filio dicenti: A-
modo uidebitis filium hominis sedentem à
dextris uirtutis Dei; cū & pater illi dicat:

Psal. 109.

Ioan. 5.

Sede à dextris meis? Quare non credis fi-
lio dicenti : Pater meus usq; modò opera-
tur, & ego operor, cū pater illi dicat: Fa-

Gen. I.

ciamus hominem ad imaginem & similitu-
dinem nostram? Cur non credis filio di-
cēti: Si sciretis patrem meum, utiq;

Ioan. I 4.

& me sciretis : cū pater illi
dicat : Filius meus es tu,

Psal. 2.

ego hodie ge-
nui te.

*

Rur-

R V R S V S E A N D E M D I

sputationem aggreditur, ac duplicis instrumenti verborum connexionem Christum docet ut hominem, ita sanè & Deum altissimum esse. Cæterum ut magis ipsa veritas elucescat (post trium diuinarum personarum, & vnitatis indiuisæ testimonia) totam seruatoris nostri vitam, vsq; ad spiritus sancti in apostolos missionē, copiosè depingit, eiusq; singula mysteria, acutissima locorum veteris ac nouæ legis concordantia patefacit. Cap. V I I.



ED veni, quò cœpimus properemus: quo ire conati sum⁹, ire nō desinamus: quò gradi nisi sumus, auidius impellamur: quò cœptū est ambulare, nō desinatur am-

bulasse. Gressus pergat animæ, pes prope-
ret mentis, poples ambulet cordis. Genua
dicant vale, crure stabilire, tibia substa, ne
talone concidas, ne planta ruas, ne pede de
labaris, totus conare, totus expedire, totus
assurge: propone quod sapias, dicito quod
nosti: loquere quod intelligis. Quod rumi-
nas prome, quod cogitas enarra, quod ma-
chinaris expone. Adest veritas, hic est veri-

D iñ tas.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

tas: Ecce est ueritas. Præsto sunt qui uera dicunt, præsto sunt qui uera sapiunt, præsto sunt qui uera proponunt, præsto sunt qui uera defendunt. Ego prorsus cum tu meos prophænes, ego tuis delector autoribus. Cum tu meis deroges, ego tuorum delector assertorum eloquijs. Cum tu meis contradicas, ego tuis obediens & obtemperans amplector auctores. Tanto enim tui mei sunt, quanto tu à meis es alienus. Tãto tui iam nõ sunt tui, quãto nec mei poterunt aliquatenus esse tui: quia unũ & ab uno & p̄ unũ, sint tui simul & mei. Dicit itaq; tu q̄ nec ueritati faues q̄ nec ueritati pares, qui nec ueritatẽ diligis, qui nec ueritati obedis, qui nec ueritatẽ auscultas? quare summi nimius iussa contemnis? quare factoris oracula irrita facis? quare sapientiæ arcana cum considerare nequeas, impugnare pertemptas? quare prudentiæ DEI stultè derogas? quare uirtuti Dei, cum ipse sis puluis, imbecillitatem adiungis? Qui non credidisti Deo patri dicenti ad filium suum Christum dominum meum. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod nulli alteri hominum dixit: quia nulli alteri hominum dedit

Psalm. 2.

dedit hæreditatem suam gentes habere, & in possessionem suam terræ terminos possidere: quos regeret in virga ferrea, forti, & quos contereret veluti vasa lutea figuli: non humanis exemplis seducti, sed proprii iure domini. Crede eidem filio dicenti de se: Ego & pater vnum sumus, & qui me videt, videt & patrem & omnia quæ habet pater mea sunt. Et per Salomonem, eadem sapientia, quæ filius DEI est. Quando præparabat cælos a deram, quando certa lege & giro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Qui non credidisti filio veritatem de se dicenti, crede spiritui sancto de quo dicitur: Spiritus domini super me: propter quod vinxit me: euangelizare pauperibus misit me. Et iterum ibi: Regnabit in eo spiritus domini, spiritus sapientie & intellectus spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hoc enim est quod per Ioannem dicitur,

D iij &

Testimonio paterno credere oportebat, sed infidelitatis vitio, aures suas obturauerat infidelis Ioan. 10. Ioan. 14. Veritati fides adhibenda erat atque filius veritas est. illi igitur proculdubio credendum erat.

Prouerb. 8.

Luc. 4.

Proprium est spiritui sancto docere veritatem, quorum sum igitur impudicus, illi non credebat.

Esai. 11.

Ioannis . 1 . & testimonium perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem, quasi columbam de cælo, & manentem super eum, & ego nesciebã eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto . Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Qui non credidisti singulatim personis deitatis loquentibus, credito eidẽ indiuisę Trinitati, simul cooperanti, simulq; operatrici. Sic enim per Esaiã dicitur: Et nunc dominus misit me & spiritus eius. Ecce enim in eo quod per virginem nostram Dei filius incarnari uenit: operationis suę nouam admirationẽ tota Trinitas ostendit. Tu ergo qui iam nõ credidisti ueritati, quę summa est ueritas, & quo nihil est uerius: non erubescas credere assertoribus ueritatis. Nam licet isti creatura & conditio sint ueritatis illius: quia conditi sunt, qui plenam ac summam ueritatem de suo conditore, atq; de ueritate ipsius sui conditoris annuntiant, ita tamen per se cõtemnitur ipse dum contemnitur per istos, sicut creditur illi: dum de illo creditur &

Qui singulas in trinitate personas ueraces esse nõ fatetur, neq; e arundẽ indiuisam unitatem uerissimam esse cõcedet.

Esai. 48.

& istis. Nam interdum & iudex per se quidē cū criminoso non contendit, sed per internuntios confessionem suadendam extorquet: & non est illi onerosum, si contemnat nuntium iudicis, qui contēpsit presentiam iudicantis, solūm ut obtineat plenitudinem ueritatis, qui tenet iudicium sanctionis. Crede iam ergo Petro dicenti. Tu es Christus filius Dei uiui. Quia in Daniele Rex ille impius hunc aspicit cū dicit: ecce uideo uiros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis filio Dei: quem uerē hunc esse credimus dominum saluatorem. Sed ne abijcias quod in eodem Daniele iste filius Dei superior angelus nominatur, audi eundē Christum filium Dei, per Malachiam angelum dici: Veniet ad templum sanctū suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem uos uultis; Quod quia aliud nō est, quare dubitas? Quare nō credis etiā Ioanni dicēti: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deū. Cū per Dauid pater de illo dicat: Eructauit cor meum uerbum bonum: item quare non

Simile.

Matth. 16

Danie. 3.

Malach. 3.

Ioannis. 1.

Conceptio
Christi eter-
na.

Psal. 44.

D v credis

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Ioan. 1.

Prover. 8.

Matth. 1.

Natiuitas seruatoris miraculosa.

Esai. 7.

Luce. 2.

Locus natiuitatis Bethleem.

credis eidem Ioanni dicenti? Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil, cum eadem sapientia quæ uerè filius Dei est per Salomonem dicat: Nec dum erant abyssi, & ego concepta eram. Nec dum fontes aquarum eruperant: nec dum montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines terræ. Quare non credis Mattheo, de natiuitate eius dicenti: Christi generatio sic erat. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequàm conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto? Hoc enim est quod Esaias dixerat, Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium: & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus, Erubescere impure, & uide eundem esse nobiscum Deum, qui natus est homo. Quare non credis Lucæ dicenti de loco natiuitatis eius: Ascendit Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Iudæam ciuitatem David, quæ uocatur Bethleem, eo quòd esset de domo & familia David: ut profiteretur cum Maria sponsata sibi uxore pregnante. Factum est

est autem cum esset ibi impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Hoc enim est quod Micheas dixit: Et tu Bethleem domus effrata, paruula es in milibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus eius à diebus eternitatis. Quare Mattheo nõ credis: de ostensione eius per sydus Magis dicenti: Cũ natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriẽte uenerunt Ierosolymã dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? Vidimus enim stellã eius in oriente, & venimus adorare eum. Et infra: Vidẽtes autem Magi stellam, gauisi sunt gaudio magno valde: & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Hoc enim & Balaam ille diuinus in Numeris, intulit dicens: Orietur stella ex Iacob, & confurget homo de israël. Magi nanq; ab orientis partibus uenientes, natiuitatem Christi, primi stella indice, nuntiauerũt: ut quẽ artis eorum; princeps ante tẽpus prædixerat, cũ stellæ ortũ viderent confurgere homi-

Michea. 5.

Matth. 2.

Epiphania
domini his
mysterijs glo
riosa.

Nume. 24.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

hominem illi cum stelle uisu nascētem sur-
Eesai. 60. rexisse hominem demonstrarent. Hinc &
Eesaias: Omnes de Sabba ueniēt, aurum &
 thus deferentes, & laudem domino annun-
Ioannis. 1. tiantes: quare non credis Ioanni dicenti:
Vita Chris- Erat lux uera, quæ illuminat omnem homi-
sti lux est mū- nem uenientem in hunc mundum. In mun-
di. do erat, & mundus per ipsum factus est, &
Psalms. 35. mundus eum non cognouit? Hoc enim est
 quod & *Dauid* dicit: Apud te est domine
Esaia. 52. fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lu-
 men. Et per *Esaia* dicitur: Propter hoc
Ioannis. 1. sciet populus meus nomen meum in die
 illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce ad-
 sum. Quare nō credis eidem Ioanni dicen-
Hierem. 5. ti de exprobratione tua: In propria uenit,
 & sui eum non receperunt? Hoc enim est
 quod & per *Ieremiā* de te dictum est: Præ-
 uaricatione præuaricata est in me domus
Marci. 1. Iuda, ait dominus. Negauerunt me & dixe-
 runt: non est ipse. Quare non credis *Mar-*
Miracula co de miraculis operum eius dicenti: Affe-
Christi innu- rebant ad eū omnes malè habentes, & dæ-
merca. monia habentes, & erat omnis ciuitas con-
 gregata ad ianuam: & curabat multos qui
 uexabantur uarijs langoribus, & dæmo-
 nia

nia multa eijciebat. Hoc est enim q̄ Esaias dicit: Ecce deus noster, ipse ueniet & saluabit nos: tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebũt. Tunc saliet claudus quasi ceruus: & clara erit lingua mutorum: Nam de passione, contumelijs, cruce, clauis, morte, & sepultura, quid tibi iam loquar: cũm te fecisse illa non dubites? quæ si facta non crederes, uerè quidem, non leuiter perfidares. Cũm autem facta nosti, & hæc non ad salutem mundi facta intelligis, sed ad eius (ut uidetur tibi) ignominiam: talia te fecisse contendis, uerè grauius te duplicis criminis insolubili nodo uinceris: quando & de homicidio innocentis reus teneris, & hanc mortem eius, à te quidem crudeliter illatam, ab illo autem sponte susceptam, ad salutem mundi profecisse non credis. Sed quia non denegas te impiè egisse: quare mecum uniuersa redemptoris gesta non credis facta pro nobis misericorditer esse? Audi miraculorum potentiã, quæ inter ipsa pœnarum supplicia uidetur. Voluisti enim sacrilegis auribus extorquere, sacris uocibus silentium, miraculis antra, uirtutibus latebras, & cunctis operibus eius, obli-

Esaiæ. 35.

Passio Christi hæc omnia tormentorum genera cõtinebat

Duplici uinculo constringitur impiũ ac stolidũ Iudeorũ uulgus, tũ quia Christum occiderũt, tum uerò quòd ipsius mortẽ mũdo negãt profuisse.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Prove. 21.

obliuionis apponere vmbra. Sed dicente scriptura, non est sapientia, & non est scientia, & non est consilium contra Deū. Dum impugnare niteris, expugnatus es: & miro transactionis cōmertio, miro certandi congressu, miro contrarietatis obtētu, miro sibimet repugnantium rerum effectu, eligitur de latebra ueritas: de antro, lumen: de tenebris, splendor: de ignominia, miraculū: de infirmitate, virtus: de pœna uictoria: de contemptu, honor: de cruce, trophœum: de morte uita: de sepulchro, uiuens: de seruitute mortis, homo liber: de inferis uictor, & (quod superest) de obliuione testimonium, de silentio uox, & de extincto, quod nunquàm possit extinguī. Vide ergo quæ uidere noluisti. Attende uidentia, quæ putaueras extincta. Intuere in toto terrarū orbe, facta cūctis esse præclara, quæ suasisti custodū mēdatijs esse tegēda. Cōsidera qualiter & in cœlo, & in toto mūdo, fulgeat cū immensitate miraculorū & uniuersitate fideiū, cuius nomen noluisti amplius memorari. Et responde quare non credis Paulo dicenti: Tradidi uobis in primis, qd' & accepi: quoniā Chrs mortuus est

Summā uirtutem infinitamq; potentiam, seruatoris nostri resurrectio præ se tulit.

I. Cor. 18.

est

est pro peccatis nostris, secundū scripturas:
 & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia
 die, secundū scripturas, & quia uisus est Ce-
 phæ & post hoc undecim. Deinde uisus est
 plusquā quingentis fratribus simul, ex qui-
 bus multi manēt usq; adhuc. Hoc enim est
 quod & idē per Dauid dicit: Caro mea re-
 quiescet in spe: quoniā nō derelinques ani-
 mā meā in infernū, nec dabis sanctū tuum
 uidere corruptionem, de qua resurrectione
 dicitur & alibi. Ego dormiui & quieui, &
 resurrexi, quoniā dñs suscitauit me. Qui-
 bus dictis nō aliud quā dormire mori, &
 euigilare resurgere est. Item in Esaia: nunc
 exurgam, dicit dominus: Nūc exaltabor,
 & nūc sublimabor. Vbi aperte hic prophe-
 ta proponit, quòd exurgeret à mortuis &
 exaltaretur in cœlo, sublimaretur ī regno,
 & nō credis uniuersæ ecclesiæ catholi-
 cæ à solis ortu usq; ad occasum, & à mari
 ad mare diffuse uno ore dicenti: Credi-
 mus Iesum Christū filiū dei, qui propter
 nostrā salutem, crucifixus,
 mortuus, & sepultus, tertia die resurrexit,
 uiu⁹ à mortuis: Hoc enim est quod & Osee
 ex persona sanctorū dixerat, qui cū illo ab
 inferis

Resurgens
 gloria pluri-
 bus manifes-
 tata.

Psal. 15.

Psal. 30.

Ex concilio
 Niceno, &
 alijs genera-
 libus desum-
 ptum.
 Osee. 6.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

inferis die tertia surrexerunt. Venite reuertamur ad dominū, quia ipse cepit & sanauit nos. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in cōspectu eius. Item in eodem propheta: Quasi diluculum præparatus est egressus eius. id est, vna sabbati ualdè diluculo, quando mulieres uenerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerūt corpus domini Iesu. Quare non credis eidem ueritati de sua resurrectione dicenti: Qui resurgendo cōpleuit, quod in suis periculis Ionas propheta tuus: imò potius meus, ante præmiserat? Generatio praua & adultera signum quærunt: & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ. Sicut enim Ionas fuit tribus diebus & tribus noctibus in uentre cæti erit & filius hominis in corde terræ. id est in sepulchro. Post quod triduum, sicut belluam, ita sepulchrum iste reliquit. enim solus inter mortuos liber: quia nec peccati contagio, ita nec mortis retineri potuit uinculo. Quare non credis Marco dicenti: Et dominus quidem Iesus postquam

Ibidem.
Luca. 24.

Matth. 12

Psal. 87.

Mar. ultimo

quam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei. Hoc enim est quod & Daniel dicit: aspiciebam in visu noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat. Subiungit & dicit: & vsq; ad antiquum dierũ peruenit. id est, usq; ad patrem. Post hæc infert: & in conspectu eius obtulerunt eum: & dedit ei potestatem & regnum: & omnis populus & tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod nõ corrumpetur. Quare non credis ipso donãte, in eum credentibus post mortem eius, sanctum spiritum datum? Hoc enim est quod per Ioel prophetam dictum est: In nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabũt filij uestri, & filia uestre. Quare non credis uenturum iudicem, Marco dicente: Tunc uidebũt filium hominis uenientem in nubibus, cum virtute multa, & gloria, & cõgregabit electos suos. Hoc enim est quod & David dicit: aduocabit cœlos sursum & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordinãt testa-

Christi in cœlum ascensus gloriosus. Dani. 7.

Spiritus paraclēti in discipulos missio singularis Ioe. 2.

Marci. 13. Venturus est Christus uiuos ac mortuos haud dubie iudicaturus. psal. 49.

E mentum

DE ILLIBATA VIRGINITATE

mentum eius super sacrificia. Et annuntia-
bunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus
Iudex est,

OSTENDIT DEVM (QVIA
potens est) multa fecisse magnalia in virgine glo-
riosa, ex quibus nimirum, vel quisq; de media ple-
be colliget, potuisse ipsius virginitatem in partu
illæsam, (hic enim scopus) eadem facilitate ser-
uare. Sterilis Elisabeth, iusti Simeonis, Annę
prophetissę, cæci nati, Marthę virginis,
aliorumq; viuorum simul & mor-
tuorum testimonio diuinitatem
in Christo confirmat.

Cap. VIII.



VDISTI testimonium
patris de filioꝝ audisti te-
stimonium filij de se ip-
so simul & patreꝝ audi-
sti testimonium de spi-
ritu sancto, qui vt hunc
filium Dei esse ostende-
ret (de quo secundũ diuinitatẽ idẽ spiritus
procedit) q; descēderit in eũ corporaliter
secundũ veritatẽ incarnationis ipsius, pro-
pter cuius incartionẽ, hæc omnia, & vetu-
storum

storum & nouorum prædicatorum locuta sunt ora & audisti quæ lex & prophetae, à Moyse vsq; ad Zachariam enarrauerunt; Audisti quæ à Ioanne filio eius, & deinceps euangelistæ, & apostoli protulerunt; Audisti quæcunq; & primis & nouissimis temporibus, per primos & nouissimos vates, (vno sancto spiritu per eos cuncta loquente) concorditer, & absq; omni hæsitationis scrupulo, in vnius rei cognitionem redacta veridice sunt prædicta; Audi iam nunc diuersarum conditionum, sexuum, ætatum, rerum, & elementorum insignia: vt si te uaticinantium mira dicta non mouent, tandem contemplatio diuersitatis aliquo modo moueat. Crede primò ipsi virgini dicenti, quam euidenter & persona & natura diuinitatis aggressa est, & quid verum de se dicat ausculta: Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est. Et vtiq; illa quæ tãto sunt admiranda cū videtur, quãtò & necessariè præuissum est, vt ante tot & per tãta tēpora mirabiliter dicta essent, ad redemptionē mūdi mirabilius expectāda. Illa utiq; vt per hanc virginem deus fieret

Deum in uirgine sua fecisse magna, quia potens est.

Luc. I.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

homo, uerbum fieret caro, & filius Dei fa-
 ctor omnium, fieret filius matris, quam ip-
 se formauerat. Esetq; dominator nascenti-
 do subditus ancillæ, quam ipse condide-
 rat. Sicq; haberet ancilla in subdito domi-
 num: ancillam dominus in prelato. Ita fa-
 ctorem suum pareret mater: ita factor in-
 formis materiæ rerum, natiuitatis suæ ma-
 teriam faceret matrem: atque fieret ex ea,
 quam fecerat idem factor. Ut haberet na-
 scendi auctricem, cui faciendæ autor exti-
 tit idem. Semperq; diuersa, essent concor-
 dantia semper. Dum pro humanis humili-
 ant diuina, & in diuinis subleuantur hu-
 mana. Dumq; quod sublime est, cedit hu-
 mili, & humile dirigitur in sublime. dum
 forte infirmatur in humili, & humile ro-
 boratur in forti. Dum fœminã agreditur
 Deus, & profert fœmina virum. Dum in
 utero fœminæ nõ sit factoris opus opera-
 tionis solitæ usu, sed statuens admirationẽ
 in magnitudine rei. Sicut totam fecit ex ni-
 hilo, ita faceret ex inauditis, hoc solum
 quod semper esset in miro. Sicut in uterũ
 virginis uteri factor ingressus, nouitatis
 opus efficit, faciens quod ante non fecerat,
 licet

Magnũ cer-
 tẽ est inter
 cetera quæ
 fecit Deus, ip-
 si Mariæ, eã
 remota lege
 naturæ, uir-
 ginem conce-
 pisse: fœtũq;

licet & faciendum esse prædiceret, ut in admiratione rei remota lege naturæ hoc fieret, quod & in se natura factum agnosceret, & inde in se fieri hoc posse negaret, unde nulla concordia vñtatae rei id fieri posse monstraret: ita homo pareret Deum, ita parturiret terra diuinum, ita uirginitas pareret prole, ita remota uiro parturiret femina virum. Audisti uirginis oraculum, quæ veritatem tam uerè utero carnis concipit & generat, quàm uerè utero mentis accipit & enarrat: uno enim spiritu & ad fidem fecundata est & ad prolem. Audi post hæc maritatam, natura sterilem, diebus prouectam, moribus illustrem, iustitia plenam, in mandatis eius coram domino incedentem, in iustificationibus domini permanentem, inter proximos sine querela sistentem, sacerdotis coniugem, uaticinijs certam, mysterijs cognitam, sacramentis imbutam, & sancto spiritu plenam Elisabeth. Cùm enim salutasset eam hæc nostra uirgo, ad cuius gloriam pertinent hæc quæ enarramus: exultauit infans in utero eius, & repleta spiritu sancto Elisabeth, exclamauit uoce magna dicens: benedicta tu inter mulieres,

uirginitatis
illeſo pudore
(ſcopus enim
hic erat) di-
uina lege mū-
do perditio p-
tuliffe.

Testimonium
Elisabeth co-
gnatae Mar-
iae.
Luca. I.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

& benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est uox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quę credidit, quoniam perficienter ea quę dicta sunt ei à domino. Audi deinde senis Simeonis confessionem, qui ad exprobrationem infidelitatis tuę fessorum uetutaste familiarium resolutionem non potuit obtinere, donec videret Christum domini, sponsione sancti spiritus repromissum. Sic enim de eo dicitur. Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationē Israēl; & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, nō visurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. Et venit in spiritu in templum: & cū introducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in manibus suis, & benedixit deū, & dixit: nunc dimittis domine seruum tuum, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod

Testimoniū
iusti Simeonis
ms.

Luc. 2.

Quod parasti ante faciē omnium populorum
 Lumen ad reuelationem gentium & glo-
 riam plebis tuæ Israël. Audisti senem ue-
 ternosum spiritu Dei plenū : audi quid di-
 catur de Anna uetula, quæ erat ex officio
 prophetissa, ex genere præclara, ex tribu
 & familia David nobilissima. Primū cor-
 pore ac mente uirgo, deinde cum coniuge
 honesta, comitatu coniugis non longæua,
 duodecies septies uiduitatis annositate lō-
 gissima, templi incola, ieiunijs hausta, ob-
 secrationibus opulenta, seruitute Dei die-
 bus ac noctibus occupata, nomine Anna.
 Namq; & ipsa per spiritum Dei loqui pro-
 batur, cū de illa dicitur : & hæc super-
 ueniens confitebatur domino : & loque-
 batur de Iesu omnibus, qui expectabant
 redemptionem in Israël. Audi post hæc
 cæcum, cui cū de se dixerit iste Deus :
 Tu credis in filium Dei ? respondit ille,
 & dixit : quis est domine, ut credam in
 eum ? Et dixit ei Iesus, & uidisti eum,
 & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait.
 Credo domine. Et procidens adorauit
 eum. Crede quoque Martha, quæ dum
 de resurrectione fratris dubitaret, de filio

Testimoniū
 Annæ, uetu-
 læ quidē, sed
 prophetissæ.

Lucæ. 2.

Ioan. 9.

Testimoniū
 cæci ab ortu
 suo, uerum à
 spiritu sancto
 educti.

Ioan. 11.

Testimoniū
Marthæ uir-
ginis ac hos-
pitæ Chri-
sti.

Dei dubitare non potuit. Cui cū Iesus diceret: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiam si mortuus fuit uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in æternum. Atq; illam cōtinuò interrogans, cū subiecisset: credis hoc? illa respōdit: Vtiq; domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Sed quid per longa rāpior, & me in diuersa dispergo, dum te singularum testimonio personarum conuictum superare contendo? Transgrediar singulariter ad stipulatas testium cautiones. Quia & sufficit tātos de talibus, tanta & talia dixisse: licet ego non explicauerim omnes talium & tantorum innumeros & innumerabiliter existētes ueridicos testes, qui tāto nobiliores sunt et illustres, ut sint et terræ incolatu felices, et cœli habitatio- ne sublimes. Verum audi generale plebis tuæ testimonium, audi uniuersalem gentis tuæ concessum cū dicitur. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecit Iesus, crediderūt in eum. Ita dū appropinquaret iā ad descēsum mōtis Oliueti, cœperūt omnes turbæ descen-

Testimoniū
quo quid de
Christo sens-
trent Iudæi
ab ipsis pro-
latum.

Ioan. 11.

Luc. 19.

den-

dentium gaudentes, laudare dominum uoce magna, super omnes quas uiderant uirtutes dicentes. Benedictus qui uenit in nomine domine. Pax in cælo & gloria in excelsis. Ecce uiuorum te conuictum testimonijs; adhuc mortuorum attestacione conuincam. Sic nanq; de tempore mortis eius dicitur. Cùm emisisset spiritum, Ecce monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumētis, post resurrectionem eius, uenerūt in sanctam ciuitatem & apparuerūt multis. Audisti uiuentiū præconia? Audisti mortuorum attestaciones? Verum est quia audisti: nec te audisse, imò nosse certè, & nolle credere poteris pernegare. Sed si testimonio uiuentium, ac defunctorum resurgentium attestacioni non credis, rogo saltem ut illi, cuius usq; huc dominio teneris, imperio regeris, instinctu uexaris, cedas, subcumbas, obedias, & confidenti dæmoni credas, de quo dicitur. Oc-

Alterum testimonium uerius salius.

*Post uiuorū testimonia innumera, adducit & mortuorum firmissima
Matt. 27.*

Luca. 8.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

dit ante illum, & exclamauit uoce magna & dixit. Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi. Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret de homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & uinciebatur catenis & cõpedibus custoditus: & ruptis uinculis, agebatur à dæmonio in deferta. Interrogauit autem illum Iesus dicens. Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et rogabant illū, ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Crede oro dæmonio, crede, ut dum credis quod ille fatetur, euadas quod ipse meretur. Dumq; confessioni eius non contradicis operi contradicas: ut in eo quod credideris sicut ille, desinas operari quod ille. Sicq; illius arripieus uocem, reprobes opus. Sic communem confitens factorē, & dominum, seruitutis illius excutias iugum. Sic eius habita confessione, desinas diffiteri: quod illo implente cogaris pronegare.

Etiā dæmon confessus est ipsius Christi diuinitatē, ipsa tamen ueritate coactus.

Pia sanctissimi patris auctoritatio.

ANGELORVM ATTE-

statione, famulatuq; rerumq; omnium insensibi-

lium, ac elementorum obedientia, docet

Christum Deum, perinde ac hominem

esse, vt inde Iudæus aperto colli-

gat ipsum cum virginitatis de-

core matrē suam seruare po-

tuisse, qui rerum omnium

naturas sibi subiectas

esse monstrauit.

Cap. I X.



ACTENVS de cōfinio

telluris, de habitatori-

bus humi, de participi-

bus arui, de comittatu

terreno, ex societate ho-

minum, ex humana co-

gnitiōe, ex hominū nar-

ratione, ex humano eloquio, ex huma-

na conditione testimonium attuli, testem

protuli, attestationem intuli, testificatio-

nem detuli, propositū firmaui, ad stipulaui

quod dixi, asserui quod intendi, roborauī

quod inieci, & ueritatē pleniori firma mon-

strauī. quę in audiētia de hac fide certus in-

duxi. Iā nunc multo letus, multo iocūdus,

multo elatus, multo plaudens, ex ornem

quæ sunt firmata, uenustē firma, decorem

Venusta sy-
nonymorū af-
fluencia.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Breuis præ-
diciorū col-
lectio propo-
nitur, ut ad
altiora con-
scendat.

Apostrophe
ad Gabrie-
lem ex ange-
lis supremū,
p parte uir-
ginis testem
citatum, tan-
quam de il-
lius uirgini-
tate in cœlis
sufficiēter in-
structum.
Luc. I.

solida, & situm regionum permutās, post-
quam terrenorū attestatione sufficio, post-
quam beatorum hominum testificatione
redundo, postquam dæmonum confessio-
ne delector, cœlos appetam, cœlestia per-
scrutabor, in cœlestibus inquiram, cœlorū
regiones fide ac mente discurram: ibiq; in-
ueniens defensores propositionis meæ, de
illa curia cœlestis militiæ adducam, qui fi-
dei meæ prærogatiua conuincant, qui va-
lidius connectant quæ ego dixeram, qui
fortius alligēt quæ ego proposueram, qui
firmius astringant quæ ego intuleram, qui
æternæ pacis soliditate stabiliant, quæ ego
defensionis cōtēptione narraueram, qui ca-
lore æternitatis cōsolident, quæ ego las-
sedinis fragilitate tardior & lætus astring-
eram. Veni sancte Gabriel, & dicito no-
bis exordium rei huius, initium miraculi
istius, principium operis huiuscemodi. In
effectu enim operationis istius, primus vir-
ginē tu salutas, prior uirgini tu indicas, an-
terior uirgini tu annuntias, & de Dei ver-
bo in cœlis instructus, in terris uirgini no-
uum incarnatiōis eius opus insinuas. Mis-
sus est, inquit, angelus Gabriel à domino

in ciuitatem Galileæ, cuius nomen Nazareth ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Quæ cum uidisset, turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: ne timeas Maria: inuenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero & paries filiũ, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Item: Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini apparuit ei in somnis dicens. Ioseph fili David noli timere

Matth. 1.
Angelus ad
Ioseph Mar-
rie prægnã-
tis Sponsum

DE ILLIBATA VIRGINITATE

mere, accipe Mariam cōiugem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filiū, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis eorū. Item, & pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos in ueste fulgenti, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere: ecce enim euāgelizo uobis gaudiū magnū, quod erit omni populo. Quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. Item, ibi loquente angelo ad pastores: & hoc uobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutū, & positū in præsepio. Et subito facta est cū angelo multitudo cœlestis militiæ, laudantiū Deū & dicentiū, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uolūtatis. Quid de reliq̄s testimonijs & obsequijs referā angelorū, cū post testimoniū humanæ patiētis, accedūt angeli & ministrāt ei uerè ut dño conditori? Quid q̄ angeli resurrectionē eius primi pronūtiāt, territisq̄ sepulchri custodib⁹, nō quærēdū cum

Luca. 2.

Angelus ad pastores post Christū natum.

Matth. 4.

Angeli Christo domino, expleta tētatione ministrant.

Matth. 28

cum

cum mortuis uiuentem fidelibus indicantur quid quòd ascensionem eius angeli comitantur, & reditum eius ita esse sicut & ascensum angeli attestantur. Ecce impleta est terra testibus partis meae. quia & repleta sunt caelum simul, ac terra ueritate fidei meae. Ecce partis tuae testibus affirmati quae dixi. Ecce testibus partis meae roborati, quae testes dixerunt partis tuae. Ac proinde tam quos tu assumpseras in adiutorium tuae partis, quam quos ego protuleram, toti facti sunt mei. Quia quod posui, de illorum doctrina didisci. Et inde propositionem meam, illorum testificatio subsequuta est, unde cognitio illorum defensionem meam praue nit. Quid ergo restat esse te sine ullo, & habere te prorsus nullum. Sed esse tibi te male conscium solū, dum fidei meae synceritas, totos habet in unum, quos tu diuidere nitebaris ab uno postquam terrenorum & caelestium attestatio, defensionem meam contulit munimenta: postquam in caelo & in terra uiuentia ueritatem meam roborare reperta sunt: postquam & beatitudo terrena & angelica celsitudo unanimiter affirmauit, quod me ueraciter

Angeli resurrectione christi annuntiant & illum ascendente in caelum comitantur. Sicque secundo uenturum pronuntiant.

Acto. 1.

Breuisissima adductorum testiū collectio.

Post sensibilibus rerum testimonia elementorum ceterarumque rerum non intelligentium attestaciones colligit erudite.

Matth. I.

Ioan. 2.
Initiū signorum Iesu aquam in uinum conuersio.

raciter audientiæ tuæ intulisse præuidit, defferam adhuc insensibilium & nō intelligentium elementorum, ac rerū tam diu-
tissime obediētiae sollicitum a paratum, ut in comparatione cōmuniter hæc sentiant, ut homo. Tu autē aut dissentias ut animal, aut nec sentias ut lapis. Sicque illa sibi tuam rationem extorqueant, ut cū tu illorum obsequium non impetres, insensibilitatem tibi meritò feras. Confessionem enim illā suis motibus quasi uocibus clamant. Tu autem dum uocibus ueritatē repellis, iam quasi nec motibus sentis. Vide ergo primum stellam nouæ natiuitatis exordio nouo processionis apparatu prolatam, ex superare candore cœlos, uincere fulgoribus cōfines syderū choros, adire ultimas summo lumine terras, per ignota loca uagos præire deuotissimos reges, hospitium demonstrare nascentis, & toto iussu ostendere quod solus iste adorandus sit Deus, cui ducatu suo adorantes subdidit reges. Vide in primitiuis operis eius, insigne miraculum, liquorem aque uertit in uinū. perspice quomodo colorem uersat, saporem trahit, odorem reddit, uirtutem mutat. Et
cū

cum non sit omnino quod fuit, non tamen est aliunde, quam unde fuit. Si enim aquam quæras, iam non est. Si vinum intendas, dicit vbi exortum est; quia diffusa aqua non est. Quid ergo? quia nec accessit vinum, nec recessit aqua. nisi quia alterum, factum est aliud, vt esset ex alio aliud: non successio- nis uice, sed immutationis origine: nec ra- tionis exposito, sed admirationis obtentu. Vide panes & pisciculos cum per sua ne- queant, per eorum à quibus sumpti sunt o- ra loquentes. Et cum non possint uirtutem dicere quam sentiunt, tamen potentialius exprimunt magnitudinē qua concresecunt. Et enim extra pastū & saturitatem tot mi- lium, per quaternum fracta ter ductum cō- plent numerum cophinorum, quæ intacta unum complere non poterant cophinum. Vide nemus ficulneæ tam cursim oblitū esse quod fuit, quam raptim amisisse etiam & quod vixit: nec sustinere senio uirorem amittere, nisi & virentem uitam quam to- tius amisisse. Vide mare cuius unda si uer- teretur in linguam utique quod murmurat promeret: sed quia proloqui nescit, quod dicere nequit, se fecisse conuincit. Quia dū

Ioan. 6.
Panum ac pi-
sciculorum
multiplicatio
in deserto fir-
missimum di-
uinitatis chri-
sti testimo-
nium.

Matt. 21.
Ficulneæ are-
scit.

Matt. 14.

Mare sedas-
tur.

F vesti-

DE ILLIBATA VIRGINITATE

vestigium sustinet dominantis, obruit famulantis: labens sub corpore famuli, faxea sub pondere domini, ad unum imperium, duas defferens seruitutes, quando & sub conditoris planta robuste durefcit, & adiutum obsequentem sustinet, quem sustinere trepidum recusa-uit. Vide idipsum rursus mare, quod cum suis motibus intumesceret, & fero-ces sonitus in charybdium molestias fra-gore spumoso collideret, nauiculam'que superbo tergo resiliens fatigaret, quo-modo habentis imperium tam raptim lentitudinem sumpsit. Vt nauitæ ad-mirantes simul & incolæ dicant: Quis iste est, quia uenti & mari obediunt ei? Item ipsius ponti considera indigenas, quomodo quasi notissima discipulorum uota refugiunt, ac sese capi denegant in capturam: & ad uoluntatem opificis ita rethe coaceruatim adimplent, ut in ab-strahendo se, oneris tædium trahenti-bus fiant. Vide langorum diuersita-tes per ethicos feruorem retinere non posse recursus, sed ad præsentiam sal-uatoris

Luca. 8.
Nauicula tē-
pētatis flas-
tibus agita-
ta imperio
Christi libe-
ratur.

Luca. 5.
Pisces duas
implent nau-
uiculas.

Luca. 4.
Infirmitates
obiciunt sal-
uatori.

Matth. 27.

uatoris ingens languentium linquere corpus . Vide sepultos atque sepulchra inter se ita sepeliendi rescindere foedus , ut æternos hospites admota citatim monumenta refellant : ueluti si uideas pauentia restituere susceptos , quasi tenuissent coactos , quos violenter susceperant seruatos . Vide diem , tenebrarum ad tactum togam deponere lucis , & inuiso conatutã raptim adquisisse quod fordui , quã cursum amisse quod licuit . Vide solem ad hoc prorsus amisse quod ex gaudio claruit , ut pallenti lumine induceret , ex incerore quod luxit : quod cum soluta luminosi phæderis fibula , fuluam refellens claritatis insolubilis palam , se in illius diei angulo horroris innexum diploide conglobauit . Vide arua suæ soliditatis itabilitatem renuentia , quatinus tremore & patulas , & ignotas lapsare , in ruinas : nec Siculae telluris exemplo subruui per momenta , sed vnus tantum diei nutatione uexari : quoniam illam receptus sinu terrarum spiritus uexat , hanc uerò gloria crucifixi cõturbat . Vide saxa ponderis duritiã

Mortuorum corpora surgunt in morte Christi. Ibidem.

Tenebræ factæ sunt in mortẽ ipsius

Eodem etiam tempore sol obcurat⁹ est ostēdēs se ex mœrore luxisse morientē. Terra mota in Chri morte.

Petra scissæ sunt eodẽ tẽpore.

F 2 fugien-

DE ILLIBATA VIRGINITATE

fugientia quo scissurarū penetratu soluuntur, dum resolutioni duritia cedit, & soliditas dissolutioni subcubuit: attestātia cuius sit potentiaē quem in se continuo recipiant sepeliendum, quādo scissuris suae confessionis sic honorāt trementia iam defunctum.

ANGELVM ALLOQVITUR

exprofesso, virginitatem illibatam Marię cum ipsius puritate conferens: concluditq; erudite Mariam toto incarnationis mysterio, virginem permansisse. Tandem vtrancq; naturam, angelicā scilicet & humanam innumera bona, ex diuini verbi incarnatione concludit accepisse: Cap. X.



NIMADVERTE iam nunc & lapideum pectus vel exempla lapidum scindant, & uide quia hæc omnia nō aliud suis motib⁹, suis monitionibus, suis conatibus profitentur, quā quod tu solus, aut vt incertū diffiteri conaris, aut pro certo perfidus diffiteris. Non est ex hac veritate pro certo quod dubites, nō est quod hæreas, non est quod impingas, non est ubi offendas, non est ubi oberres, non est ubi
sis

Copiosus sy
nonymorum
torrens.

sis anceps, non est ubi nutans, non est ubi
 titubans, non ubi trepidans, non ubi am-
 bigens, non ubi dubitans, non ubi incertus,
 non ubi animo claudicans, non est ubi sis
 fide labens. Omnia uera sunt, omnia iusta
 sunt, omnia sancta sunt, omnia sacra sunt,
 omnia indubitata sunt, omnia fidelia sunt,
 omnia fixa, omnia stabilita, omnia confir-
 mata in seculum seculi, facta in ueritate &
 æquitate, quæ de his sacræ literæ cecine-
 runt, quæ sacræ paginæ allocutæ sunt, quæ
 sacri à pices annotarunt, quæ lex sacratissi-
 ma promulgauit, quæ sacra testamēta præ-
 cipiunt, quæ libri almifici continent, quæ
 sacra iussa decernunt, quæ cœlestia iura cō-
 stituunt, quæ cœlo & terra transeunte sua
 æternitate non transeunt, quæ transeunti-
 bus etiam elementis, transire nequeunt do-
 nec omnia impleantur. Deuictis hostibus,
 elisis aduersis, extinctis emulis, attritis ini-
 micis, prostratis insultantibus, deiectis in-
 uidis, omnibusq; potentiæ diuinæ uirtutis
 contradicentibus expugnatis, pio deside-
 rio querulus, bono affectu auidus, læta esu-
 rie anhelus, grata delectatione improm-
 ptissimus, quo potuero, quo ualuerō, quo

DE ILLIBATA VIRGINITATE

qui uero, quo suffecero, intendā, nitar, exequar, coner, in hoc sacramento deffigere uisum, in hac admiratione uirtutū oculos imponere hebetantes, in hoc arcano secreti auuidum ingerere sensum, ad hoc cœlestis gloriæ lumen dirigere caligantis aciem uisionis. Sed qualiter præsumam? Quomodo agrediar? quo nisu properem? quali conatu impetā? pollutus labijs, immundus ore, impurus lingua, squalēs uerbis, corde prauus, mente iniquus, factis impius, ut de uirginitatis gloria corruptio differat, de incorruptionis laude immunditia tractet, de pudore impuderatus enuntiet, de uerecundiæ bono inuerecundus enarret? At nunc quia ut saluer, ut munder, ut iustificer, ut sanctificer, uenit ad humana Deus: ad extrema, cœlestia conuenerunt: ad infirma, fortia descenderunt. Temporalibus, æterna copulata sunt: imbecillis, robusta conferta sunt: seruilibus, dominica copulata sunt, plenus beata fide, saluandus indulgentia copiosa, iustificandus pietate multa, uiuificandus miseratione diuina, expiandus ab omni iniquitate praua, de festis gaudiorum angeli, de lætitia iocunditatis eius,

de

Eandem rursus explicat ueritatem angelorum attestatam.

de redemptione mea, de salute mea, de uita mea, loquar angelo, sciscitabor angelum, interrogabo angelum, affabor angelum. Dico mihi res amica Deo, & cunctis contemplatione uicinior, effare in creaturis res anterior, enarra creaturarum res potentior, exordire creatura post firmamentum casus nescia, magna in claritate tua, magna in conditione tua, potens in ordine tuo, excellens in natura tua, perennis in æternitate tua. Non tua te gloria minuo: non magnam extenuo: non æternam attero: non sublimi detraho: non potentiori resulto. Quia nec de tua stabilitate, sed de tua loquor conditione. Fide prouocor, amore impellor, admiratione delector, gaudio lætor, miserantis gratia præuenior, misericordia gratissima subsequor. Tu sancte angele domini, qui mitteris ad uirginem, qui uenis ad matrem domini, qui properas ad singulare uirgineum decus in mundo, enarra quid incorruptius, quid syncerius, quid integrius, quid solidius, inter uirginitatem maternam & conditionem angelicam? inter uirginem fecunditatem, & angelicam formationem?

DE ILLIBATA VIRGINIŒ ATE

*Collatio in-
ter uirgineũ
decus & an-
gelorum pu-
ritatem atq;
naturam.*

Inter incorruptibile uirgineum decus, & angelorum exordiũ; Inter pudorem proleperauctum, & angelicæ nobilitatis initiũ; Virgo quæ fœcundatur & non corrumpitur, an angelica celsitudo, cuius pars in ruina prostratur? Decus uirgineum, quod & post partũ enitet, an nobilitas angelica quæ post gloriam culminis damna fuitentat in focijs; integritas materna, quæ & post partum prolis concrefcit in gloria uirginis, an conditio angelica quæ detrimentis læsa est in eiectis; Beatitudo matris, quæ inde fit generatio Dei, unde nescia corruptionis est angelicæ plebis tuæ, quæ ante soliditatem incurrit diminutionem partismultitudinis suæ. Certum est quod angelorũ castra superbia rupit, cuneos eorum præsumptio minorauit, plebes ipforum prauitas dimi- nuit, turmas ipforum elatio collisit. Nam uirginitatem dominæ meæ genita proles, nec introiens, nec exiens læsit, nec conce- pta, nec nata uiolauit: nec eam cum hospi- taretur in illa tristauit, nec illam cum egre- deretur incorruptione priuauit. Hanc er- go fœminam, conceptio uirginem reddit. Hanc fœminam, partus uirginem seruat.

*Angelorum
multitudo
prius fuit di-
minuta (in
malorũ eie-
ctione) quam
solidata.*

Hanc

Hęc fœminam, generatio uirginem habet. Hanc fœminam, filius ita post exitum nouit, sicut ante conceptum inuenit. Et huius certè uirginitas semp incorrupta, semper integra, semper illęsa, semper inuiolata. Nam angelicę forma naturę ante soliditatem fragilis, ante firmamentum labēs, ante stabilitatem ruens, ante robur titubās, atq; nutans. Hęc fœmina sanctificationis uas est: æternitas uirginitatis est: mater dei est: sacrarum sancti spiritus est: templum singulariter unicum factoris sui est. Verū angelicę beata conditio creaturę, post stabilitatem solida in bonis: post soliditatem indeficiens in amore diuinitatis: post firmamentum perennis, in aspectu dominicę uisionis: post robur inseparabilis à consortio deitatis. Ex qua lucis immēsitate tu sancte Gabriël uenis ad uirginem: ex qua beatitudine adcurris ad uirginē: ex qua æternitate accedis ad tempora: ex qua gloria properas ad humana: omne tamen quod agis, quòd de cœlo uenis, quòd ad terram uenis, quòd de Deo uenis, quòd ad uirginē uenis, quòd uirginem salutas, quòd nouam generationem annuntias, incarnando uer-

Angelica natura ante confirmationem fragilis fuit.

Obtemperat angelus Deo suo dum ad uirginem salutandam uenit.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

bo obedis: Deo hominem assumpturo pa-
res: generādo ex uirgine seruis: filio ancil-
le in serui formā nascituro famularis: quo-
niā iste incarnandus Deus, factor tuus est.
Iste homo simul & Deus, creator tuus est.
Iste filius ancillæ suæ, dñs tuus est. Iste quē
in abiectiōe serui nasciturū annuntias, in
gloria p̄ris dñator tuus est. Et hāc quidem
tantæ natiuitatis gloriā, dignū erat ut an-
gelus nūtiaret. Tantæ dignitatis oraculis,
opportunū erat ut angelus inferuaret. Tā
nouæ generationis opus, cōueniebat vt an-
gelus indicaret. Tāti secreta miraculi, cō-
petebat vt angelus referaret, Ita quoq; de-
coris fuit vt humilitatē dei, angelica subli-
mitas enarraret. Ita competens ut in forma
serui rerum dominū nasciturum inferuēs
dñatio cœlestis ediceret. Ita dignū ut no-
uam generationem, nouo officio maiestatis
angelica dignitas intimaret. Ita æquum vt
ineffabilis causa miraculi quomodo fieret
angelica cognitio demōstraret. Ita iustissi-
mū ut nouo aduētū principē egressurū no-
uo apparatu etiā sūma cœlestium anteiret.
Sic dñi tui nuntius eras, sic directus à dño
tuo ueneras, sic missionis dñice iussa p̄ficie-
bas,

*Christ⁹ dñs
hominum &
angelorum.*

*Nouum gene-
rationis ar-
canum solus
Angelus de-
buit nuntia-
re.*

bas, sic sanè ordinationis regiæ decreta cõ-
plebas, vt verè qd' in cœlis de p̄ris uerbo co-
gnoueras, matri de incarnãdo uerbo refer-
res: q; de cœlestibus attuleras, terrenis im-
primeres: & quomodo se fili⁹ dei nasci vel-
let ex hoīe, simul & auribus induceres hoīs
& arcanis inferres humanis. Tu sc̄tus ange-
lus Gabriël, de uerbo didiceras, q̄ de uer-
bo referebas: de uerbo cognoueras, quæ co-
gnoscēda, de uerbo narrabas: de uerbo hau-
feras, qbus hauriēdã uirginē p̄pinabas. Vt
qualiter ex carne matris incarnari possit,
matris aīc nūtiarēs. Viderūt te cœlestes vir-
tutes nascituri filij imperijs deseruire. Vi-
derūt te elemēta, illū te habere dñm quem
de tali nūtiabas p̄genie nasciturū. Viderūt
socij gl'ia tuç se etiã tecū corã isto hoīe in-
curuari: viderūt oēs excelsorū & sublimiū
spirituū potestates, hūc ī dō assūptū hoīem
& antiquæ seruitutis officia, nouis p̄conijs
intulerūt. Quãdo est acclamatū: gl'ia in ex-
celsis, isti humili Deo, & in terra pax homi-
nib⁹ in hūc deū humilē bona uolūtate cre-
dētibus. Ipse te misit ut de se diceres uirgi-
ni, qd de se qd futurū esset nosse, dederat ti-
bi. Ipse te suæ diuinitatis sciētia plustrauit
qui

Reuelatam
sibi nascentis
dignitatē An-
gelus annū-
tiat.

Lucæ. 2.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

qui suæ humanitatis nuntium fecit. Ipse te nuntiare se in serui formam nasciturum miserat, quem gloria tua in vnitate paternæ virtutis adorabat. Ipse te palàm mundo referre miserat, qui te cœlestium secretorum arcanis instruxerat. Bene tecum, quia diminutionis partis tuæ reintegrationē annuntias. Bene mihi, quia me in tuam integritatem, te nuntiante receptas. Bene tecū, quia ruine partis angelicæ, hominibus reparantur. Bene mihi, quia in tuæ integritatis parte reducor. Bene tecum, quia in pace tua homines recipis. Bene mihi, quia pacem tuā, quam non merebar accepi. Bene tecū, quia verbum incarnatū adoras. Bene mihi, quia naturæ meæ est illa ueritas, quam adoras. Bene habemus sancte angele vnus titulū dominantis Dei. Bene Deus noster participem me tibi fieri in æternitatis gloria adnotatione pollicitus est. Bene mihi promittit tecum habere cœlum, quia me sicut te se voluit solū habere Deum. Bene me sui nominis impressione notauit, quia ex illius corporis sanguine me redemit, quem tu in sede patris adoras, intueris, & veneraris. Pars fortis est tuæ, vt nunquam ab statu

Angelicæ naturæ ruinam incarnatione dominica reparatam.

Optima utriusque naturæ collatio multiplicis dominis utriusque collati descriptio.

beatitudinis corruas. Pars fortis meæ, est
 vt post casum meum repararet in assum-
 ptione corporis Dei mei. Pars fortis est
 tuæ, vt semper cū Deo meo esses. Pars for-
 tis est meæ, vt aliquando possem cum Deo
 meo esse. Pars fortis est tuæ, vt nunquam
 decidas à naturæ tuæ beatitudine. Pars for-
 tis est meæ, vt repararer aliquando in di-
 gnitate naturæ meæ. Pars fortis est tuæ,
 adorare naturam meam in Deo meo. Pars
 fortis est meæ, saluari per hoc quod natura
 mea assumpta est in Deo meo. Planè hæc
 quæ narro, certè quæ aio prorsus hæc quæ
 loquor, verè hæc quæ intimo, uera sunt, iu-
 sta sunt, pia sunt. Et cœlesti intelligentia tã
 plena manebunt, quàm plena consistunt.
 Non enim mea sunt, non ex me sunt, nō ex
 natura mea sunt, nō ex cōditione mea sunt,
 non ex meritò meo sunt. Ego enim cinis
 sum, ego terra, ego corruptio, ego putre-
 do, ego esca vermis, ego inexoptatè, sed nō
 euadētis confors mortalis hæreditatis, cu-
 ius habitatio effossa tell⁹, cuius requies tu-
 mulus, cuius domus sepulchrū, cuius man-
 sio monumentum. Hæc autem à patre qui
 in cœlis est reuelata sunt mihi, à filio eius, q
 est

*Spiritu nan-
 que sancto
 inspirati loc-
 cuti sunt san-
 cti Dei homi-
 nes, testante
 scriptura.*

DE ILLIBATA VIRGINITATE

est sapientia ipsius ista didici. Spiritu sancto hæc docente cognoui. Hæc de cœlo uenerunt: quia dona optima sunt. Hæc à patre luminum descenderunt: quia ueritatis in eis transmutatio non est. Ista enim in terris tecum noui, quæ ipse nosti mecum in cœlis. Ista ego in peregrinationis meæ loco didici, quæ tu in tua beatitudinis æternitate iam nosti. Ista ego in fidei ueritate percepi, quæ tu in tuæ uisionis plenitudine cognouisti. Quia hæc tu mihi de cœlo ueniens indicasti, dum officia seruitutis agis in enūtiatione assumēde humanitatis. Hæc attestati sunt angeli, dum natiuitatem hominis huius, cœlestibus assecuti sunt hymnis, clamantes. Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Hæc demonstrarunt angeli, qui deuicta hostis temptatione accesserunt, & ministrabant ei. Hæc ostenderunt angeli, cùm admirantes nouum hominem sedem conscendere deitatis, uocibus sese impetebant alternis. Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Respondentibusq; . Quis est iste rex gloriæ? Sequenti responsione firmatum

Luce. 2.

Matth. 4.

Psal. 23.

matum est. Dominus uirtutum, ipse est rex gloriae. Hæc David prophetabat, qui ait. *Psal. 96.*
 Adorate eum omnes angeli eius. Hoc idem *Psal. 148.*
 insinuat cū dicit: laudate eum omnes ange-
 li eius. Hæc Esaias infert, cū cherubim & *Esa. 6.*
 seraphin sese in huius laudis exultatione
 commotos indefinenter clamare testatur.
 Sanctus. Sanctus. Sanctus. Ut ter re-
 petitum nomen, inseparabilis trinitatis
 unum dominum Deum Sabbaoth, esse de-
 monstrat. Hæc Ioannes astruit, cū ani- *Apoc. 4.*
 malia cœli narrat requiem non habere di-
 centia, eundem ipsum cœlestis gloriae hym-
 num. Hæc idem assignat cū dicit. Vidi *Apoc. 5.*
 & audiui uocem angelorum multorum in
 circuitu throni, & animalium & seniorum:
 & erat numerus eorum milia milium, dicē-
 tium uoce magna, Dignus est agnus qui oc-
 cisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem,
 & sapientiam, & fortitudinem, & honorē,
 & gloriam, & benedictionem. Et omnem
 creaturam quæ in cœlo, & super terram, &
 quæ sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ
 in eo: omnes audiui, dicentes. Sediti in
 throno, & agno, benedictio & honor &
 gloria & potestas in secula seculorū. Amē.

Hæc

DE ILLIBATA VIRGINITATE

Hæc Paulus in epistola ad Hæbreos copiosè proponit, assumit, confirmat, atq; cõcludit. Hæc ipse homo in quem plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, cõplet. Cùm in aduentu suo commoueri virtutes cœlorum dicit, & tunc ipsum videri in gloria patris Dei, cum angelis suis.

*Ad hæbreos
Paulus.*

Col. 1. 6. 2

Marci. 13.

S C O P V M P R A E F I X E

erat sibi vir ex omni parte beatus, præcelsæ Mariæ matris Dei virginitatem perpetuò seruataam ostendere. Quod potissimum in sequentibus angelica tantumdem mirabili attestatione concludit.

Cap. XI.



CCE non solùm, quia seruiūt angeli domino meo, filio ancillæ suæ, uirginis nostræ, cœlesti doctrina didici, verùm & eorum officia in experimento seruitutis uerius præcognoui. Nam tu ipse Gabriël, qui diceris fortitudo Dei, uenisti ad uirginem, nuntiare hominem nasciturum, qui simul potestates aëreas & principem perimeret

meret mundi. Itē & angeli pastoribus nuntiant natum, quem tu virgini prædixeras nasciturum. Hi quoq; glorificant vt deum, de quo tu dixeras: Vocabitur filius dei. Ecce hunc adorant angeli. Ecce hunc laudāt Archangeli: ecce hymnum huic intonant Angeli. Ecce & ministrāt angeli: ecce hūc sedem conscendere deitatis personant angeli. Ecce in cuius iubilo, sibi requiem dare nesciūt angeli: ecce in seruitutis eius famulatu properātes cognoscimus angelos, & cōmoueri cœlorū virtutes audiuius. Nā & optimum certè est tam excelfo & çterno Deo, tam humiliter ac temporaliter ex virgine nato, dignitatis Angelicę gloriã inseruire. Quare? Quia ille in vtraq; natiuitate, incomprehētibilibiter, & inenarrabiliter natus. Angelica autem vniuersitas, eius æternitate est præuenta: & eius operatione formata. De illo dicitur: Generationem eius quis enarrabit? Quod & in salutatione tua hæc ipsa miratur virgo, quæ verbis tuis virginæ mater astruitur, & tu ipse sciscitāti eidem virgini, quomodo fieret, generationē annuntias inauditam. De te autem dicitur: Dixit Deus, fiat lux, & facta est naturæ tuę

Ex angelorū obsequio optimè concludit seruatoris nostri supremam dignitatem.

Esaiæ. 53.

Gene. 1.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

cunctis creaturis . & anterior & posterior
 lux. Illi dictū est: Filius meus es tu, ego ho-
 die genui te, Quod nulli vnquam angelorū
 est dictum . De vniuersitate autem creatu-
 rarum dictum est: Omnia subiecisti sub pe-
 dibus eius . Inter quæ omnia & substantia
 illi subiecta inuenitur angelica . De illo di-
 ctum est: Sede à dextris meis. quod angelis
 dictum non est. De his autē, quia facti sunt,
 dictum est. Qui facit angelos suos spiritus,
 & ministros suos ignem vrentem . De illo
 dictum est: Sedes tua Deus, in seculum secu-
 li. De his autem dictum est: Quia corā illo
 astat omnis angelorum exercitus cum tre-
 more . Sed vt virginitatis huius dominæ
 meæ gloriam audaci triumpho, excellēti-
 ori præconio, fideli conatu, syncerrimo vo-
 to, amabiliq; appetitu, cum cœlestibus iubi-
 lem virtutibus, perituris præferā hostibus,
 amantibus reportem fratribus, cognituris
 prædicem ignaris, delectantibus commen-
 dem cognitus: adhuc nosse te desidero, sci-
 re volo, sapere cupio, certificari exopto, in-
 strui exoro, doceri quæro, quid hoc est quod
 dicitur: Generationem eius quis enarrabit?
 Si de natiuitate diuinitatis eius hoc dicitur,
 quod

Psal. 2.

Ad Heb. 1.

Psal. 8.

Psal. 109.

Psal. 103.

Psal. 44.

Scholastico
 more, simul-
 que concio-

quod utiq; verum est, quod propterea dicitur: Ecce nra natiuitas deitatis, hoc tantum est, quod de Deo natus est Deus, de lumine deo lumen Deus. De ore dei verbum deus, de corde dei sapientia deus, de substantia dei virtus deus. Et hæc omnia vnus deus. Item si de natiuitate humanitatis eius hoc dictū est, quod certè uerū est; quia & propter hoc dictum est. Quæ est generatio filij huius, quæ tam admiranter inenarrabilis prædicatur? Nisi conceptio incorrupta, nisi uirginitas pariens, nisi partus uirgineus, nisi uirginitas materna, nisi natiuitas uirginalis. Et hæc omnia uirginis foetæ, incorruptæ matris, puerperæ integræ, inuiolatae genitricis, illæfæ generantis, in qua sic diuersitas concordauit, sic accidentia cohæserunt, sic multimoda copulata sunt, sic concurrentia innodata: ut duabus quidem inuinitatis rebus, æterna tamen lege discretis, et admirabili unitate connexis, in hac sola uirgine fieret. Hæc tantūdem uerè generatio inenarrabilis, folius huius tātūmodo unice prolis. Sed ait uirgo: Quomodo fiet istud quia uirum non cognosco? Respondeat angelus: Spiritus domini superueniet in te, &

natorū consuetudine dissputat, quæ ratione intelligatur christi generatio ineffabilis.

Christi generatio humana multis nominibus gloriosa.

Luce. I.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

uirtus altissimi obumbravit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Extra hanc autem, matrem esse uirginem uisa non est: ista uero post matrem esse uirginem uisa est. Post incorruptionem fieri genitricem uisa est: habere genitalium pudorem, habere prolem uisa est. Quæ tanto à se æterna naturæ lege discordant: ut nunquam tunc mater, quando uirgo: mater nunquam tunc uirgo, quando mater, nunquam uirgo pariat, nunquam mater uirginitate clarescat: unum tempus nunquam teneat uirginem simul & matrem, una fœmina nunquam uirginitate simul & prole congaudeat. Inde talis generatio non in signo singulariter, non in miro mirabiliter, non in prompto inenarrabiliter, non ex certo: quia non est signum, non est mirum, non mirabile, non inenarrabile. Id ipsum enim naturale est, usuale est, corruptibile est, mortale est. Interdum turpiter amabile est. Interdum honestè odibile est, interdum iustè amandum est, interdum iustè est odiendum. In hac autem uirgine, sic istius filij dei inenarrabilis generatio copulauit utraque, ut uirginem se habeat mater, matrem se habeat uirgo: ut uirginem habeat proles, ut uir-

In Maria
Dei sanctissi-
ma matre
partus & in-
tegritas fœ-
dera pacis
habent.

ginem dimiretur puerperam coniunx. Integritas quoq; conceptioni adhæreat: pudor conceptionem sepiat, uirginitas cōceptum claudat. Sicq; uirginitatem natiuitas non scindat, sic pudorem egressio nō deturpet, sic generatio integritatem non adimat, sic ueritas partus, ueritatem uirgineam nō extingat. Tam mirabiliter ergo concordantibus in una persona simul & tempore diuersitatibus rerum, ut hęc eadem sit mater, quæ & uirgo: ipsa uirgo, quæ & mater. Nūquàm mater, nisi quando & uirgo: & postquã mater, nobilior & uirgo. Acta est hęc sola inenarrabilis generatio, quam Deo esse admirabilẽ extimo: quia non illic rationem aliquam, quàm idipsum factum est, quæ reuelari nequeat, latere persentio. Sed id tantum esse, quia factum est, quod signum est, quod mirum est, quod inauditum est, quod inusitatum est. Quod uerè annūtiatione sui inenarrabile esse etiam narrando incognitum non est. Si enim esset quod lateret, & tamen idipsum non aliud quàm rationis cognitio esset, posset quidem quilibet rationis capax, de eo quædam aut indagacione percipere, aut in sagacitate inuenire, aut in ad-

uentione colligere, aut collectione tractare: aut tractatu meditari, aut meditatione diffinire, aut diffinitione tenere, aut retentione proferre, aut prolatione firmare. Cū uerò nihil horū, nihil tale, nihil ex toto, nihil ex parte: in hac reputo uel angelos, uel homines aliter uel amplius nosse, quā quod ipso dicimus angelo nuntiante: puto nec ipsum angelum aliud recognoscere uoluisse, quā quod ipse intulit hominibus nuntiare. In toto etenim mysterio ueritatis, proco nec aliud, quā quod ipse sapuit: nec plus, quā ipse cognouit, potuit nuntiare. Quæ tamen nuntiauit & nobis, atq; cum uirgine audire fecit & nos: quoniam nec aliter, nec alibi, nisi in uirgine & cum uirgine hæc cōuincimus didicisse. Si ergo illa uirgo, quæ miraculo huic & materia extitit, & causa plenitudinis fuit, hoc solū ab angelo didicit, quod ad effectum nuntiatae rei sufficere potuit: Nō plus angelus sapuit, quā quod dixit: qui tantum dixit, quantum uirginem generare fecit: qui tantum dixit, quantum conceptionem & partum uirginis adimpleuit. Tantum ergo uirgo de cōceptu & parturitione sua angelo salutante didicit, quā-

tum

Nō plura angelus uirgini nuntiauit, quā à Deo didicerit, eademq; omnia, fides christiana docetur.

tum me angelus euidētia rei huius instruxit. Si autē plus sapuit angelus, quàm quod dixit, quomodo ad implenitudinem partus sui, sufficit uirgini quod mecū audiuit? Mecum dico audiuit: quia post hoc nuntiū partus sui & redemptionis meæ, nouū de hac re nihil audiuit. Si plus sapuit angelus, quàm quod dixit, quomodo ad implenitudinē facti, res dicta plenius abundauit? Si plus sapuit angelus, quàm quod dixit, quomodo semiplena dicta rem cœlestium uirtutum, & omnium elementorum attestazione completam implere ueracius potuerunt? Restat ergo tantum me de hoc miraculo nosse, quantum angelus dixit. Quia quantum sapuit, tantum dixit: & tantum dixit, quantum uirginem generare fecit. Quantum autem uirginem generare fecit, tantum fides mea cū uirgine ipsa cognouit. Itaq; si iuxta assumptionem humanitatis hæc incorruptibilis generatio huius prolis, idipsum est, quod folius matris eius incorruptio singularis: Benè Angelicæ creationi, quæ labi potuit, præfero integritatem genitricis huius, quæ nascentis exitu interrumpi non potuit. Benè Angelicæ conditioni, quæ

Non plus Angelum sapere de incarnationis arcano quàm quod uirgini nuntiavit, nō pl⁹ autem nuntiavit, quàm quod fides nostra credit.

diminui potuit, præfero uirgineum decus quod nati processu impediri non potuit. Benè angelicæ formationi, quæ minorari potuit, præfero pudorem, quem exordium geniti frustrare non potuit. Benè angelorum statui, qui quati potuit, præfero uirginitatem mirabiliter singularem, quam natiuitas filij Dei, tanto auctam gloria incorruptionis reliquit, quanto singularem ac singulariter glorificans assumptam ex illa carnem ad sedem patris inuexit, & omnem beatitudinem angelicæ formæ eius dominio subiugauit. In cuius excelsæ solennitatis ascensione, cùm Deus assumptam carnem paterna collocauit in sede: Ita natura hominis angelicam reperit pacem: ita confortiũ recepit angelicum, ita honorem se adeptã esse intelligit angelorum: ita abiectionem, qua contemptibilis erat, angelicarum perdidit potestatum: ut hæc natura in qua Abraham angelum adorauit, & tamen adorare prohibita non est. In Ioanne adorare uolens, sit prohibita adorare: Quoniam in Abraham licet ex eius femine in Christo diceretur assumenda, non dum tamen in eodem Christo erat assumpta. Ideoq; angeli cõtemptibilem

Post incarnationẽ uerbi angeli noluerunt ab hominibus adorari.

bilem iudicabant, quia & condemnatio cōditoris execrabile hanc habebat, & assumptio eius nondum illam suæ unioni coniunxerat. In Ioanne autem ideo hanc naturam se adorare angeli prohibent, quoniam hanc super se in sede maiestatis adorant. ideo hanc in subditis non contempnunt, quia eam supra se, in sede gloriæ contemplantur. Ideo hanc in subiectis contemptibilem non despiciunt, quia eam unitam diuinæ personæ cognoscunt. Et ideo honorabiliorē se incorruptionē maternæ uirginitatis habent, quia fructum eius super se & admirantes aspiciunt, & humiliter intuentur, Grati laudant, feruientes adorant, perennes iubilant, subiecti celebrant, beati uident, accliuēs adorant. Nihil puto ratiocinandum latet, nihil prescrutandum euasit, nihil perinquirendū erupit, nihil inuestigandum excessit, nihil incognitum habuit. Quia quantum audiui-
mus rei, tantum impletum scimus, Quan-
tum audiuius rei, tantum effectum pensa-
mus: quantum audiuius, tanto hanc gene-
rationem fieri cognouimus: quāto audiui-
mus de angelo, tantum ad redemptionem
nostram uirginali cōpletum esse uidemus

Ex quo uerbum caro factum est, uirginitas matris, angelorum puritate, honorabilior indicat.

G V ex ute-

DE ILLIBATA VIRGINITATE

ex utero. Verum ut rei huius magnitudo sese super angelos euidenter attollat, ut folius matris eius incorruptio in singulari signo singulariter prædicanda, angelorum excelsa transcendat: ut incorruptæ uirginis istius filij inenarrabilis generatio nobilior nobilitatē angelorū exsuperet: Postremo, ut nil illi simile habens in omni rerum formatione angelicæ pulchritudinis admirante magnitudine constet: Considera mecum naturam rerum, contemplare formam creaturarum, intuere conditiones diuersas conditionis uniuersæ, & dicente Ioanne crede: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vide omnia quæ condidit, omnia quæ fecit, omnia quæ uisibilia, & inuisibilia esse & subsistere cernis, reuerentiã eius habere seruitutis & obiectionem subditæ tenere conditionis. Nam si de terris et mari, atq; omnibus quæ in eis sunt proponatur: audiant cuncta ipsius domini uocem cum iuris uigore sui uniuersa homini conferentem. Dominamini piscibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Si de ipso homine, audiat & ipse. Reges terræ serui-

Ioannis. I.

Homini subiecerat Deus cuncta propter Christum

Pisces maris subiecti Christo.

Gene. I.

Homines subiecti sunt christo.

1 sal. 2.

te

te domino in timore, & exultate ei cum tremore. Si de cœlis, & quæ in eius sunt, audiant: Laudauerunt te domine angeli tui, & hymnum dixerunt dum perficis fabricam cœli. Item: Beatus cuius est Deus Iacob adiutor eius, spes eius in eo, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Si de Angelis, audiant quæ Paulus commemorat: quum introduceret primogenitum in orbem terrarum sic dicit. Adorent eum omnes Angeli eius. Verum ut cuncta quasi suæ conditionis complendæ, ita generali dicto restringam: Audiant uniuersa sub uno. Magnus es domine, & præclarus uirtute, insuperabilis, tibi seruiet omnis creatura tua: quia dixisti & facta sunt, misisti spiritum tuum & creata sunt. Si igitur cuncta quæ facta sunt seruiunt, restat nihil esse factori æquale: Quia quod nõ seruiat nihil est. Si autem est quod non fuit, nihil est: quia factum non est. Proinde aut erit aliquid, & factum & seruiens est: aut erit nihil quia quod non seruiat factum non est. Si ergo ut uerum est, cuncta quæ facta sunt, seruitutis debitum retinent

Angli.

Psal. 145.
Cœlum & terra.

Hab. 1.

Iudith. 16.

Uniuersa de
niq; sunt illi
subiecta.

Luca. 2.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

retinent, æternæ potestatis illius dominum non amittunt. Tanto autem omnia maiestati eius cedunt, quãto & excellentiæ prorsus adæquari non putuerunt. Atque ideo cum cuncta seruiant illi, solius incorruptionis huius fructus in uniuersitatem dominantis assumitur. Cum omnia obsequantur, isti tamẽ generationi dominator admiscetur. Cum uniuersa famulentur, huic soli integritati dominus adunatur. Quia ex omnibus creaturis, hoc tantum in persona fit cū domino unum, hoc in unitate creatoris assumptum, hoc in unione dominantis innexum: usque adeo, ut assumens Deus, dicatur filius hominis; & assumptus homo, dicatur filius Dei. Non confusis naturarum proprietatibus, sed ita in personæ unitate cõnexis, ut ex assumpto & assumente nullum discedat ab alio, nullum deriuatur ab altero. Quia enim assumens Deus, dicitur filius hominis, Euangelista exprimit dicens: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, cum angelis suis. Quæ maiestas, uel angelorum eius, nõ alteri poterunt deberi naturæ, quã filij Dei, qui uerè est omnipotens deus. Item quia assumptus homo dicitur filius Dei, alius

Euange

Qui omnia sibi tam cœlestia quàm terrena subiecit humana generationis legi admisceri non dedignatur.

Matth. 2 5.

Euangelista assignat uirgini dicens. Propterea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Propter quam duarum naturarum proprietatem in unitate personæ cōnexam, Dei & hominis unius Christi, hæc sola homo mater est uirgo. Ita in utraq; natura unū generans filiū, ut idē sit filius dei, qui filius hominis : nec alter sit filius hoīs, quā qui sit filius Dei. Inde generatio hæc omni miraculo mirabilior, omni opere potētior, omni signo augustior. Quia cuncta ita transcendit, cunctis ita præpollet, excellentiam cunctorum ita exsuperat : ut isti Deo adiuuante naturæ etiam angeli ministrent, huic angeli seruiant, hanc angeli adorent, eamq; in unitate personæ filij Dei infinitis temporibus, & indefessis uocibus sine fine collaudēt. Vnde oro te sancte angele per inderestabilem hæreditatem fidei nostræ, per tuæ æternitatis statum, per meę redemptionis mysterium, per pacem quam ambo in Christi Iesu corpore perfruimur : ut des mihi hoc tantundem nosse de uirgine matre domini mei, quod ipse nosti : hoc credere, quod ipse sapis : hoc diligere, quod ipse diligis, hoc in domino frui, quod ipse frue-

Lucæ. I.

Quia natura humana diuinæ erat unice personæ fuit Maria mater & uirgo.

ris.

DE ILLIBATA VIRGINITATE

POST LONGAM DE O-

mnipotentia Dei, deq; Marię virginitate copiosam
disputationem, conuertit nunc sermonem ad ipsam
beatissimam matrem, atq; ad ipsius filiũ gloriosum
Iesum: humiliter postulans ab vtroq; vt id semper
de hoc ineffabili mysterio credat, quod angelica
celfitudo à Deo didicit, ac virgini intimauit. Item
vtriusq; auxilio implorato, concludit aduersus im-
pios intactę virginittatis prophanatores, quod ipse
à principio statuerat ostendere: idq; duplicis in chri-
sto naturę argumento. Tandem in hoc miraculo,
copiosam idiomatum communicationem esse fa-
ctam, crucis atq; sanguinis Iesu Christi multiplicẽ
fructum, quo vitam consequamur æternam, miro
sanctittatis artificio demonstrat. Cap. XII.

Conuertit
sermonẽ ad
uirginẽ Dei
matrem.



T nunc venio ad te, sola virgo
mater Dei: procido coram te
sulum opus incarnationis dei
mei: humilior coram te, sola
inuenta mater domini mei: ro-
go te, sola inuenta ancilla filij tui: vt opti-
neas deleri facta peccati mei: vt iubeas mun-
dari me, ab iniquitate operis mei: vt facias
me diligere gloriam virtutis tuę: vt reueles
mihi multitudinẽ dulcedinis filij tui: vt des
mihi loqui & defendere fidei synceritatem
filij tui: concedas etiam mihi adhærere deo
& tibi: seruire filio tuo, & tibi: famulari do-
mino

mino, & tibi. Illi sicut factori meo, tibi sicut
 genitrici factoris mei: illi sicut domino uir-
 tutum, tibi sicut ancillæ domini omnium: il-
 li sicut Deo, tibi sicut matri Dei: illi sicut re-
 pemptori meo, tibi sicut operi redēptionis
 meæ. Quod enim in mea redemptione est
 operatus, in tuę personę ueritate formauit.
 Quod mihi redemptor factus est, tibi filius
 fuit. Quod præmium emptionis meæ factus
 est, ex carne tua eius incarnatio fuit, in qua
 uulnera mea sanauit. Ex carne tua vulne-
 rādum corpus exhibuit, in quo mortem
 meam tolleret. A mortalitatis tuę cor-
 pore mortale corpus attraxit, in quo mea
 deleret peccata. Quod tulit à te corpus,
 sine peccato suscepit: naturam meam,
 quam in se præcessorem mihi ad regnum
 suum, in gloria paternæ sedis super an-
 gelos collocauit, ex ueritate corporis tui
 humilitatis assumpsit. Ideo ego seruus
 tuus, quia tibi filius dominus meus. I-
 deo tu domina mea, quia tu ancilla do-
 mini mei. Ideo ego seruus ancillæ domi-
 ni mei, quia tu domina mea facta es mater
 dñi tui. Ideo ego factus seruus tuus, quia tu
 facta es mater factoris mei. Oro te, oro te,
 sanc-

DE ILLIBATA VIRGINITATE

*Oratio ad
uirginem glo-
riosam.*

sancta uirgo, ut de illo spiritu habeam Iesu, de quo tu genuisti Iesum. Per illum spiritum accipiat anima mea Iesum, per quem concepit caro tua eundem Iesum. Ab illo spiritu sit mihi nosse Iesum, à quo tibi affuit nosse habere et parturire Iesum. In illo spiritu humilis excelsa loquar de Iesu, in quo confiteris esse te ancillam domini, optans fieri tibi secundum uerbum angeli. In illo spiritu diligam Iesum, in quo tu hunc adoras ut dominum, tueris ut filium. Tam uerè timeam hunc Iesum, quàm uerè idem cū esset Deus, erat subditus parētibus suis.

*Oratio ad Ie-
sum Mariæ
filium.*

O salutis ac uitæ meæ simul & gloriæ præmium grandi opulentia magnum. O libertatis meæ nobilissimum titulū. O ingenuitatis meæ præclara conditio. O nobilitatis meæ astipulatio insolubiliter gloriosa, & gloriæ æternitate confecta. Ut ego male deceptus, ad reparationem meam fieri concupiscam seruus matris domini mei: ut ego olim in primo plausto angelica communione seiunctus, ancillæ & matris factoris mei merear confici seruus: ut ego idoneū opus in manibus summi Dei, impetrem in seruitute puerperæ uirginis, iugi seruitutis deuotio.

uotione ligari, hoc mihi præsta Iesu Deus
 fili hominis, hoc mihi tribue domine rerū
 & fili ancillæ, hoc mihi largire humilis
 Deus in homine, hoc mihi concede homo
 in Deum gloriose, vt hoc credam de partu
 virginis, quod de incarnotione tua impleat
 fidem meam: hoc loquar de materna virgi-
 nitate, quod os meum impleat laude: hoc di-
 ligam de matre tua, quod tu in me cōpleas
 de dilectione tua: Ita seruiam matri tuæ, vt
 ex hoc ipse me probes seruisse tibi: ita hæc
 dominetur mihi, vt ex hoc nouerint me pla-
 cuisse tibi: ita dominium eius me teneat in
 seculum, vt tu sis meus dominus in çternū.
 Quàm promptè seruus huius dominæ effi-
 ci concupisco, quā fideliter seruitutis huius
 iugo delector, quàm plenè famulari huius
 imperijs opto, quàm ardentè ab illius do-
 minio dissociari non quæro, quàm auidè ab
 ipsius famulatu nusquam abstrahi cupio:
 tam verè illi seruiendi facultatem inueniā,
 tam verè illi seruiens gratiā illius merear,
 tam verè in seruitutem eius sine interēptio-
 ne detinear, tam verè seruiens gratiam me-
 rear, tam verè nusquā ab æternitatis ipsius
 iocunditate disiungar. Et hoc quidem qua-

Hoc idem op-
 tarat in prin-
 cipio: Diligā-
 te (inquit) do-
 nec diligēda
 es. & cat.

H re

DE ILLIBATA VIRGINITATE

*Cōuertit ser-
monē ad tres
memoratos
infideles, con-
cludēs aduer-
sus eos, quod
statuerat de-
monstrare.*

re quæram, nouerunt qui diligunt Deum, vident qui sunt fideles in Deo, intuētur qui adhærent domino, non ignorant qui non ignorantur à domino, Sed vos audite æmulos, uos attendite infidi, vos cognoscite discidio pleni, vos percipite sapientes mūdi, qui ex hoc stulti estis apud sapientiam Dei, ex quo sapiētes estis apud stultitiam vestram. Qui ex hoc imbecilles estis apud fortitudinem Dei, ex quo fortes estis apud egritudinem vestram: qui ex hoc contemptibiles estis apud excellentiam Dei, ex quo sublimes estis apud miseriam vestram. Qui ex hoc destructi estis quasi non sitis ab eo qui semper est, ex quo apud vosmetipsos esse putatis, cum nihil verius sitis apud eum, cui hoc est esse quod semper est. Qui spernitis hanc esse virginē semper: qui non vultis esse factorem meum filium eius: qui nō vultis hanc esse matrem factoris mei: qui contempnitis vt hæc sola hunc habeat filium, quē omnis habet creatura dominum vnum. Qui non glorificatis hunc Deum filium eius, dominum meum non glorificatis vt Deum. Qui beatam non dicitis, quā spiritus sanctus ab omnibus nationibus beatam dicendā edixit.

xit: qui gloriam incorruptionis, corruptela afficitis carnis: qui non refertis honorē dominicæ matri, ut referatis honorē Deo filio eius: qui non glorificatis ut Deū, quem natum ex ea uidistis ut hominem: qui confunditis diuersitates naturarum filij ipsius: qui scinditis personam filij eius: qui afficitis diuinitatem filij illius: qui uerā carnem, uerāq; passionem spernitis filij eius: qui hunc nec cecidisse in mortem per hominē, nec à mortuis resurrexisse creditis per Deum. Quod enim cecidit ex homine fuit, quod surrexit ex Deo. Nā ego ut sim seruus filij eius, hāc mihi dominari præopto, ut dominetur mihi filius ipsius: huic seruire decerno, ut comprober seruire Deo: dominum matris eius super me in testimonium quæro, ut sim deuotus seruus filij generantis, seruitutem fideliter appeto genitricis. Sic nanq; referatur ad dominum, quod seruit ancillæ: sic redundat ad filium, quod impenditur matri: sic alternat in nutritio, quod adhibetur in nutrice: sic transit honor in regē, qui deferatur in famulatum reginæ. Gratulatus ego cum angelis, lætatus cum uocibus angelorum, exultans cum angelorū hymnis, gau-

Duplicē esse in christo naturam dacet

Generātis ac geniti corda sic sunt alternis amoribus capulata, ut planè contēpnat filium genitum, qui matrē generantē noluerit honorare

DE ILLIBATA VIRGINITATE

dens cum angelorū præconijs, gratulor cū
 domina mea, lætor cum matre domini sui,
 exulto cum ancilla filij sui, gaudeo cum ea
 quę facta est mater factoris sui, iocūdor cū
 ea ex qua factum est caro uerbū Dei. Quia
 credidi cum ea, quod de se nouit mecum &
 ipsa: quia cognoui quòd sit uirgo genitrix:
 quia sapio quòd sit generās uirgo: quia scio
 quòd uirginitatem illius cōceptio nō amis-
 sit: quia didici quòd partum eius immobilis
 uirginitas antecessit: quia teneo quòd partū
 eius uirginitatis gloriam non reliquit. Qui
 tam uerè hæc omnia amo, quàm uerè illa
 pro me facta esse cognosco. Mecum enim
 est, quod per ipsam factū est: ut ex eo natu-
 ra Dei mei se copularet naturæ meę, ex quo
 natura mea trāsiret in deo meo: essetq; vnus
 Christus, uerbū & caro, Deus & homo, idē
 factor & factura: idem plasmator & plas-
 ma: idem conditor & cōditionis forma: idē
 operator & assumpti operis ueritas: idem
 qui fecit & quod fecerat: idem qui fecerat et
 quod fecit. Ipse assumptor, ipse assumptus.
 Hæc ut expressius quod ipse dat de ipso lo-
 quar. Ipse omnipotens pro me autē & pro
 salute mea: ipse exinanitus, Ipse fortis, ipse
 infir-

Tantæ exul-
 tationis raz-
 tio copiosa.

Cōmunicatio
 idiomatū in
 sanctissima
 filij dei incar-
 natione facta

infirmus. Ipse salus mea, ipse vulneratus est pro me. Ipse sanitas mea, ipse pro me vulnere cesus. Ipse uirtus Dei, ipse pro me humilis Deus. Ipse uiuens, ipse mortuus. Ipse uita mortis nescia, ipse mortem sustinens & deuincēs. Ipse autem morte mori nescius, ipse post mortem sine dominio mortis. Ipse de cœlo ueniens, ipse sepulchrū adgrediēs. Ipse sepulchrum relinquens, ipse cœlos repetēs. Ipse ad inferna in anima humana descendens, ipse de inferno potestate diuina sanctorū animas liberās. Ipse in sepulchro iacens ut homo, ipse de sepulcho resurgens per Deum. Ipse de morte liberās, ipse inter mortuos liber. Et hæc omnia idē Christus, atq; omnia in uno eodemq; Christo, unione personæ, non confusione naturæ. Ideo ego confidens per mortem huius filij Dei, per crucem redemptoris mei. Sperans per vulnera huius factoris mei, fiduciam habēs, spem ueram tenens, per sanguinem huius Christi mei: quia tectis peccatis meis, quia remissis iniquitatibus meis, quia ablatis sceleribus meis, quia oblitis criminibus meis, quia oblitis malis meis, quia absterfis immundicijs meis, quia solutis peccatorum

*Christi Iesu
cruce & sang-
guis, humanam
spem uehement-
er erigens, purgat
crimina, peccato-
rē iustificat, deum
placat, cœlū ape-
rit, angelorū
deniq; choris
associat pœnitentes.*

H iij meo-

DE ILLIBATA VIRGINITA

meorum uinculis, mundatus à bono Deo, purificatus à misericordiæ Deo: iustificatus à pio iudice, sanctificatus à copioso redemptore, miscear beatis angelis, societate choris angelicis, copuler angelorum gaudijs, iungar festis angelicis: ut sit Deo in me gloria, ut sit Deo à me laus, ut sit Deo à me honor: & mihi sit à Deo uenia, & mihi sit à Deo salus, & mihi sit à Deo uita, et mihi sit à Deo exultatio, iugiter, ueraciter, indefinenter, euidenter, à modo, ex nunc, ex hoc, ab hinc, & in omne tempus, & in totum æuum, & in cuncta semper secula seculorum. Amen.

Deo gratias.

V A L E N T I Æ.

Excudebat vidua Ioannis Mey.

1556.

SELECTA

TVM BEATI PATRIS
 ILEFONSI, TVM ETIAM A-
 liorum sanctorum pronūtiata, de perpetua
 virginitate sacrosanctæ matris Dei Ma-
 riæ, ad quendam Neophytum Valen-
 tinum, veritatis studiosum.

Per fratrem Michaellem Carrança
 Valentinum, Theologum, ex inclyta
 & antiqua Carmelitarum familia,

Vnius tantum diei penso collecta,
 & nunc primum ab eodem ex
 Hispano in Latinū conuersa.

VALENTIAE,

Excudebat vidua Ioannis
 Mey Flandri.

1556.

R. D. GREGORIO

A MIRANDA VIRO PRAETER
vtriusq; iuris professionem in omni scientiarum gene-
re laudatissimo, ac regni Valentini Inquisitori meritif-
simo, frater Michaël Carrança Valentinus, Theologus,
ex inclyta & antiqua Carmelitarum familia, S.P.D.

*



*B*nixè hæcenus contendisti,
Miranda doctissime, declama-
tionem illam nostram, de per-
petua Mariæ genitricis Dei
virginitate, quam Hispano sermone, ad
quendam amicum Neophytū Valentinum,
misimus (dum huius nostri Carmelitarum
cœnobij Valentini curam haberemus) in
Latinum sermonē conuersam, ad notitiam
posteritatis, esse cum gloria transmittendā.
Nam cum non parum vtilitatis, hanc no-
stram declamationem expertus sis Neo-
phyto illi attulisse: sperans etiā in posterum
cæteris in hoc regno Valentino (in quo
tanta est eorum multitudo) non medio-
criter

criter profutura: molestè ferebas rem scitu
 & cognitione dignissimam, tanto tempore
 intra priuatos parietes latitare. Diu votis
 tuis, ac suasionibus cūctatus sum acquiesce
 re, donec maiorem, aut certè commodiorem
 nactus occasionem, alia multo maiora, &
 quæ Reip. Christianæ, ac hominum pieta
 ti vtiliora esse suspicor in lucem ederem.
 Quamuis me non lateat (Miranda sapien
 tissime) quamplurima esse, quæ licet in
 tra priuatos parietes præclara nimis, prima
 fronte videntur, dum manibus doctissimo
 rum hominum conseruntur, ceu puerorum
 neniæ, exiguo in prætio ab omnibus habeñ
 tur. Quare nescio quo illi nomine digni sint,
 qui hoc felicissimo tempore, cum tanta li
 brorum vetustorum multitudine, novos li
 bros quantavis eruditione refertos excude
 re non verentur. In quorum ipse numero
 essem proculdubio referendus: nisi tua sin

H v gu

gularis humanitas, & literarum amplitudo (quæ tanta est) ac in beatissimam Dei matrem tua pietas non cōtemnenda, meum animū vsque adeo compulisset, vt iam deinceps adhortationibus tanti viri, rem iustam ex omni parte poscentis, execrandum facinus & nefas esset, non optemperare. Quum igitur in dubio esset animus, quid' vetutius eligendum esset, ignorarem, aut tibi nimirum omnium dilectissimo, & domino meo obseruantissimo, morem gerere: aut sapientum censuram, insipientumque detractionem euitare: amor amātem impulit, timor seruum cogit, & res pietate plena animum ambiguū in certa mutauit: tibiq; , cui me, meaq; omnia intelligunt omnes esse subiecta, neglectis alijs quæ timorem augere potuissent, hac in re potissimum suasit arripere. Præsertim cum ab excusso, industria nostra, & nunc primum ablatis, & mendis

dis liberato libello beati Ilefonsi Archiepi-
 scopi Toletani, de perpetua virginitate Ma-
 rie, nostra hæc declamatiuncula, nihil fere
 distare videatur. Quod si hac in re sapien-
 tum votis, et expectationi, vt ratio postulat,
 non satisfecero, animum meum pietate ple-
 num inspiciant, & illam cuius partes tutis-
 simè ago, subtilius defendant, copiosius lau-
 dent, & sanctius venerentur. Satis autem
 mihi erit in præsentiarum, vel tibi vni, tan-
 tæ dignitatis & eruditionis viro placuisse.
 Interim tamen, amorem intelligant illi, ne-
 scire legibus humanis astringi: amãti nanq;
 sola est pro ratione voluntas. Nam si tuus
 singularissimus amor, quo me sæpius horta-
 tus fuisti, aut, vt verius loquar, compulisti,
 pietati & vtilitati nõ accessisset, tantorũ vi-
 rorũ iudicio, hunc exiguum eruditionis no-
 stræ laborẽ, ne quaquã tam citò, tanq; repẽ-
 tẽ summissem. Quamuis hanc nostrã bre-

uem

uem exercitationē, nulla reprehensione dignam existimemus: quippe cū nihil ferē ex propria sententia (vt benē nosti) dictū voluimus, sed aliorū sanctorum copiosas laudes de virginitate Mariæ, homini illi pietate pleno, & in fide nouiter, sed non sufficiēter instructo, offerre curauimus: vt virginis deuotioni tenacius adhereret. Quo etiā nomine, nulli suspicor displicere, quod in virginis Mariæ laudes potissimū dirigatur. Quare (Inquisitor amplissime) si desiderabas, præstiti: si iussisti, obsecutus sum: si uolui, habes iam, quod & tota mente petebas. Faxit Deus, vt votis tuis, & pietati meæ, cæterorum Neophytorum utilitas respondeat. Benē & feliciter vale, meq; vt soles ama. Valentia ex inclyta nostra Carmelitarum domo. quarto Idus Augusti. Anno post salutem mundi. 1556.



Fra-

Frater Michael

*Carrança Valentinus, Theologus, Carme-
litarum instituti, studioso lectori Theo-
logiæ candidato S. P. D.*



VM R. D. Gregorius à
Miranda, regni Valentiaë,
oculatissimus Inquisitor,
excussum industria nostra
haud mediocri, libellum aureū bea-
tissimi patris Ilefonsi Archiepiscopi
Toletani, de perpetua gloriosæ Ma-
rię matris Dei virginitate accepisset:
lætus nimis munusculum nostrum
suscepit, ac pro operis magnitudine,
sententiarumq; dignitate, amicus est
amico, mirificè gratulatus. At quum
semel atq; iterum perlegisset lucubra-
tiunculam nostram, de eadem præcel-
sæ

ſæ Dei genitricis Mariæ virginitate
perenni, ad quendam Neophytū Va-
lentinum, moleſtè tulit vir alioqui
doctiſſimus, & in virginem noſtram
pietate ſingularis, hunc noſtrū, licet
exiguū, laborem, oblatrantium timo-
re, aut potius ignauia noſtra hætenus
occultatum. Qui enim acceptam pe-
cuniam domini ſui negligeret in ſuda-
rio ligat, timeat neceſſum eſt, ne qua-
ſi ſeruus infidelis, & ineptiſſimus fœ-
nerator, congregatis vniuerſæ terræ
proceribus, de eius occultatione iudi-
cetur. Quid plura? dormientē excita-
uit, anxium nimis hortatus eſt, timo-
rem expulit, fluctuantem animū ſe-
dauit, meq; humanitate quadam ſic
repente deuicit, vt exhortatiūculam
illam, nihil eidem prorſus adiungēs,
aut ab ipſa ſubtrahens; niſi pro vt ſpi-
ritus

ritus ille diuinus, à quo pendent vni-
 uersa dona, eo tempore suggererebat,
 manibus sapientum tractandam, ma-
 leuolorumq; morsibus immaniter di-
 lascerandam, non sim veritus cōmen-
 dare. Intelligant autem omnes, quo-
 rum præsens intererit indagare nego-
 tium, nos haud affectandæ gloriæ, vel
 auræ popularis captandæ ratione (quod
 Deus auertat à nostræ professionis sa-
 pientibus) sed tum tanto viro obse-
 quiū præstituri, tum etiam nostram
 pietatem in virginem Mariam nostri
 sacratissimi Carmelitarum ordinis
 fidelē patronam, ostēduri, hoc nostrū
 virginitatis ipsius encomiū effodere
 voluisse. Accipe igitur Lector amice
 hasce Mariæ virginis amplissimas
 laudes, quas obsecro semel atq; iterū
 legas: & recto iudicio, hunc vnus tan-
 tum

rum diei laborem , iudicabis alicuius
fuisse momenti. Nam breui tempore
sacræ scripturæ defficiiora loca rese-
rauimus, ac omnium sanctorum pla-
cita, & dignissimas eorundem, de præ-
fata pietate virginitatis Mariæ sen-
tentias indefesso labore explicantes,
hominis in fide neoterici pietatē ad-
auximus: & eum in fide recta (Deo id
benigne præstante) confirmauimus.
Quare si quid minus commodè di-
ctum in ea legendo offenderis, nostræ
illud inscitix & temporis breuitati
ascribe: sin autem aliquid quod pala-
to sapiat, & virginis Mariæ honorem
attollat, repereris, id totum omnipo-
tenti Deo , ac beatissimæ ipsius ma-
tri Deiparæ, cuius virginitatem cum
sanctitate coniunctā , angelicæ virtu-
tes, indefessis vocibus, nobiscum sine
fine

fine collaudant, referendum esse non
ambigas. Vale. Valentiaë, ex nostro
Carmelo, quarto Nonas septembris.

Año domini M. D. lvj.

EIVSDEM AVTORIS
ad libellum metro Saphico exhortatio.

Vade, sis felix moriture nunquam
Liber, in toto relegendus orbe,
Ne reformides hominum malorum
inuida dicta:

Est tibi fidus socius, beatus
Præsul Alfonsus venerandus, olim
Ore qui laudes resonat superno,
virginis Almæ.

Ille te nobis poterit tueri,
Quem super cunctos venerando, nostræ
Tollere in lucem meruere primæ
in te Camenæ:

*Sumpsimus quando pariter laboris
Paululum, priscum relegendo librum,
Quem per audacis trepidando vulgi
missimus ora.*

*Ergo securus patiaris omnes:
Proferat vulgus sibi quae videntur:
Non tibi quisquam poterit nocere,
comite tanto.*

Selecta

SELECTA

TVM BEATI PATRIS

ILEFONSI, TVM ETIAM A-

liorum sanctorum pronuntiata, de perpetua virginitate

sacrosanctæ matris Dei Mariæ, ad quendam Neo-

phytum Valentinum, veritatis studiosum. Per fratrem

Michaelem Carrançã Valentinum, Theologum, ex

inclÿta & antiqua Carmelitarum familia: vnius

tantum diei penso collecta, & nunc primum

ab eodem ex Hispano in Latinum

conuersa,

Scopus, ac ordo dicendorum, & causa

explicatur. Cap. I.



Ratias ago Deo meo pro te,

Neophyte amantissime, ac re-

ligione compar, quẽ tantum

in fide, & pietate Christiana

experior profecisse, quantum

parentum tuorũ errores omnino deserẽs,

nostrorum orthodoxorum patrum es vesti-

gia secutus. Nam eò te fixius, tenaciusq; fi-

dei Catholicæ suspicor adhærere, quò te in

rebus dubijs, quæ ad synceram fidei profes-

sionem pertinebant, Catholico viro insti-

I 2 tuenda,

DE VIRGINITATE.

tuendum commissisti, & intellectum tuum in obsequium fidei humiliter captiuasti. Quippe cum frequenter me concionantem Valētiæ audiisses, & diuina mysteria (pro ut spiritus cōcedebat) pietate qua decet, exponētem: in festo Incarnationis dominicæ, te contigit adfuisse. In quo longissimo sententiarum, rationum, & figurarum ductu, virginitatem Dominae nostræ non mediocriter extollebam. Obiterq; sanctissimum Trinitatis mysteriū virgini gloriosæ fuisse ab angelo subtiliter intimatum, obseruans: beatissimam Mariam, virginitate, ac humilitate, matrem Dei factam fuisse explicabam. Præ gaudio te lacrymantem, fateor me vidisse: tui corporis gestus, internam animi lætitiā exprimebat. Alijs placuisse tibi declamationem nostram concedebas: à nobis te de rebus fidei certiores fieri postulasti. Quippe cū testa id ferè semper sapiat, quo semel imbuta fuit, apud tuos agens, nō sine dolore dicebas, vix potuisse te, ab eorū dogmatibus, & erroribus liberari, quin aliquando in rebus arduis, & supra humanam rationē se extollentibus, tuus tener adhuc animus titubaret. Ideoq; amore quodam ac
diuino

diuino spiritu motus, absoluta concione,
 ad me, quem præ omnibus suspiciebas, &
 huius Valentinae Carmelitarum familiae
 præfectum venerabaris, ac vti fidelissimum
 amicum vnicè diligebas, accessisti: & quæ in
 illa concione, temporis angustia, Laconicè
 dicta fuere, in diem sequentem Atticè inter
 pretanda expetisti. Placuit fanè hæc tua a-
 nimi pietas singularis, & de veritate catho- Ioann. 8.
 lica laudandum desiderium. Nam cum qui
 ex Deo est, verba Dei audit, & amat, ideo
 teipsum ex Deo natum esse credo, quòd li-
 benter de eo, deq; eius matre, veritatè, lau-
 desq; audire, & amare concupiscis. O feli-
 cem meum illius diei festi laborè! O etiam
 felicem tuum ad me concionantem aduen-
 tum! Lætetur ambo, & in tantis mysterijs
 plus solito exultemus. Heri nanq; nobis so-
 lito iocundior, gratior, & serenior dies illu-
 xit (Neophyte amantissime) quando cœle-
 ste lumen in nobis emicuit, & diuinus ful-
 gor mentibus nostris ita se misericorditer
 demonstraui, vt & linguam meam in tan-
 torum mysteriorum expositione erudiret,
 & tuum adhuc in fide tenellum animum, ad
 veritatem copiose discendum inflammaret.

DE VIRGINITATE

Sed tu quoq; gratias ages Deo nostro, quòd non permisserit te diu domesticã alere ignorantiam; sed sua benignitate, quàm citò, ad nostram te deduxit ciuitatem Valentinam, in qua tanta est literarum amplitudo, & fidei sinceritas, vt totum Hispaniæ ambitum longissimo superet interuallo. Quamuis apud vos nouiter ad fidem conuersos, doleã nullam esse literarum frequẽtiam. Idq; nõ incuria nostra, sed vestra omnium ferè malitia suspicor cõtigisse: qui neq; fidei dogmata ad veram beatitudinẽ necessaria, omnino recipitis, neq; infidelium maritimorum pestilentissima vobis cõmercia pro viribus euitatis. Quorum singulis non immeritò dicemus: Noluit intelligere vt bene ageret, imò quod olim regius Psaltes de populo Hæbreorum affirmabat, vobis accidisse timo. Comisti sunt, inquit, inter gentes, & didicerunt opera eorum. Quod sanè summe dolendum est, & à Deo Opt. Max. assidua oratione, & copiosis lacrymis, atq; singultibus expetendum: ut uestrum scilicet omnium misereatur, & quos ad uerã fidem per catholicos Reges, sua pietate uocauit, sua misericordia quoq; motus, & nõ uestra mali-

Psal. 35.

Psal. 105.

malitia ad iracundiam prouocatus, per oportuna remedia in fidei synceritate confirmet. Te uerò omnibus gentis tuæ iudico felicior, qui relictis erroris prædecessorum tuorum tenebris, ad lucem ueritatis, confugisti: qui'que inter parentes, forsam nunc infideliores nutritus, Christianam fidem audacter apud illos, ac intrepidè confiteris. At optas perpetuam beatissimæ Mariæ Deiparæ uirginitatem, & sanctum Trinitatis mysterium, eiusdemq; Mariæ sanctissimæ maternitatis cum uirginitate coronam, copiosius quàm hæctenus à te auditum sit, edoceri: non anceps, nõ dubius, non de fide querulus, non impossibilia Deo suspicans; sed ut gratias immensas pro tantis beneficijs religioni christianæ exhibitis, tuo referas conditori. Utinam ergo ipse tantæ tuæ pietati, & ardentissimo cordis desiderio, pro dignitate satisfaciã. Utinam me illius gratia præueniat, atq; sequatur, qui docet omnem hominem scientiam, & illuminat cunctos, fidem catholicã utiliter explicantes. Quibus ueraciter promissit, qui elucidant me, uitam æternam habebunt. Scopus igitur noster erit in his quæ

Ecclesi. 24

I 4 secun-

DE VIRGINITATE

secuntur, quæ in nostra concione breuiter perstrinximus, copiosa quadam oratione explicare: ut sic amici uoto rem iustam ex omni parte poscentis satisfaciam, & eodem pietatis officio possim cæteros Neophytos tibi coniunctos, & mihi notos, à patrū suorum erroribus reuocare. Ordo autem orationis nostræ is erit, ut prius quæ difficiliora, sed notatu digna uidentur, explicemus. Deinde uerò ad notiora, & nostro instituto accommodatiora progrediamur.

Non aliquod nouum opus edere, sed antiqua sanctorum dogmata pollicetur explicare, diuino auxilio, & beatissimæ virginis Mariæ fauore humiliter implorato. Cap. II.



via fatis intelligo quamplurimos nō defuisse uiros sciētia illustres, eloquentia celebres, uita singulares, & uniuersa morū integritate præclaros, qui hoc Deiparæ Marię uirginitatis encomium, & sanctissimè resonarunt, & tātæ ueritatis defensionem diuinitus inspirati, contra impios prauis dogmatis inuentores, multis argumētis susceperunt: summæ demen-

demētæ esse puto, si uelem me his omnibus destitutum, noui operis excussione, tantorum uirorum cætui aggregare. Præsertim cum nostris temporibus, huiusce ueritatis fides, satis superq; sit, à cūctis orthodoxis, imò & ab hæreticis, credita, & tantis miraculis indies confirmata. Attamen ut tibi (quem unicé diligo, & in fide catholica firmissimum opto) pro uiribus satisfaciã, unius tantum diei labore, eandem ueritatẽ fufius & latius explicabo. In cuius orationis ambitu, nihil ferè quod propriam sententiã sapiat, nihil quod quenquam lædat, nihil deniq; quod fidei orthodoxæ aduersetur, inuenies: sed sanctissimorum uirorum selectas sententias, amenissimosq; flores, uelut apis argumentosa in unum colligens, uarijs sacrae scripturae locis, similitudinibus, figuris Ecclesiasticisq; sanctionibus adhibitis, proposita in, & à te piè expetitam ueritatẽ, breui sermone monstrabo. Non equidem mea suffultus inscicia, non meis uiribus innitẽs, non mei ingenioli imbecillitate contentus; sed diuina ope, diuino nutu, diuina clementia, uirginisq; Mariæ præclarissimi ordinis nostri singularis patronæ auxilio implora-

DE VIRGINITATE

10. Veni igitur mecum, Neophyte amantissime, ac beati Cyrilli patris nostri uerba humiliter repetamus. Salue itaque per me sancta, ac mitica Trias, quæ me ad confessionem & laudem sanctæ Mariæ Deiparæ conuocasti. Salue per me sancta Deipara, pretiosus totius orbis thesaurus, lampas inextinguibilis, corona uirginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum insolubile, locus eius qui loco capi nequit, mater & uirgo, per quam in Euāgelij, benedictus nominatur, qui uenit in nomine domini. Salue qui incomprehensibilem in sancto uirginali utero comprehendisti: per quam sancta Trinitas per uniuersum orbem glorificatur, & adoratur: per quam cælum exultat, per quam angeli & archangeli lætatur, per quam dæmones fugantur, per quam diabolus tentator cælo decidit, per quam prolapsum plasma in cælum recipitur: per quam uniuersa creatura, idolorum uæfania detenta, ad cognitionem ueritatis uenit: per quam sanctum contingit baptisma credentibus: per quam per totum orbem fundatæ sunt Ecclesiæ: per quã gentes ducuntur ad pœnitentiam. Et quid multa commemoros? Per quam unigenitus

Dei

Cyrill. hom.
6. contra Nestor. tō. 4.

Dei filius, his qui in tenebris, & in umbra
 mortis sedebant, lux resplenduit: per quam
 prophetae pronuntiarunt: per quam Apo-
 stoli salutem gentibus praedicarunt: per qua
 mortui excitantur: per quam reges regnant,
 per sanctam uidelicet Trinitatem. O pater
 omnipotens totius conditor orbis, mitte no-
 bis illam sedium tuarum astriticem sapien-
 tiam. O Iesu Christe fili uenerande, unge
 colyrio oculos mentis nostrae, & tantae uir-
 ginitatis laudes nos facias resonare. O spi-
 ritus alme deus, adsit nobis gratia tua &
 calculo amoris tui, linguas seruatorum tuo-
 rum emunda. Aperi clementissime labia
 mea, & os meum annuntiabit laudem uirgi-
 nitatis sponsae tuae. Tu quo inspirati locuti
 sunt sancti Dei homines: tu qui doces om-
 nem ueritatem: tu qui suggeris omnia quae
 filius altissimi nuntiavit: doce me id semper
 dicere, quod mihi fecisti tua ineffabili mise-
 ricordia credere. Vereor equidem, uereor ne
 mihi tu almifica uirgo de tuae uirginis laude
 dicturo iustissime dicas. Quare tu enarras
 iustitias meas & assumis perennis uirginita-
 tis meae laudationem per os tuum? Fateor am-
 plissima & Deipara uirgo: fateor uir enim
 labijs

DE VIRGINITATE

Labijs parum esset, sed corde polutus ego sum. Verum in tua laude, sanctissima uirgo, iter esse tutissimum intelligo, quo nobis piensissimus Deus, sanctitatem, sapientiã, pacem, charitatem, amorem, puritatem, salutare deniq; suum, sua nobis immensa bonitate demonstrat. Nonne tu, de qua diuus Bernardus? Ipsa est, inquit, nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius uniuersum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat: terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mētes, quàm corpora, fouet uirtutes, exquoquit uitia. Ipsa, inquam, est præclara & eximia stella, super hoc mare magnum & spaciosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius seculi profluuiio, magis inter procellas, & tēpestates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non uis obrui procellis. Si insurgant uenti tentationum, si incurras scopulos tribulationū, respice stellam, uoca Mariam. Si iactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, uoca Mariam. Si iracundia,

Bernardus
Homil. 2. su
per missus.

dia,

dia, aut auaritia, aut carnis illecebra, nauicula
lam cōcusserit mentis, respice ad Mariam,
Si criminum immanitate turbatus, consciē
tiæ fœditate cōfusus, iudicij horrore per
territus, barathro incipias abforueri, tristi
tiæ desperationis abyssus, cogita Mariam.
In periculis, in angustijs, in rebus dubijs,
Mariam cogita, Mariam inuoca. Non rece
dat ab ore, non recedat à corde, & ut impe
tres eius orationis suffragium, non deferas
conuersationis exemplum. Ipsam sequens
non deuias: ipsam rogans, non desperas:
ipsam cogitans, non erras: ipsa tenente,
non corruis: ipsa protegente, non metuis:
ipsa duce: non fatigaris. Ecce ergo qualia
& quanta sunt, Neophyte christianissime,
quæ nobis poterit illa clementissima uirgo
præstare. Cum ipsa igitur ille, qui duobus,
tribusue congregatis in nomine ipsius, &
de se loquentibus præsto pollicetur adesse,
sic linguam meam erudiat, eidemque gratiam suam be
nedictionis infundat: & auris tuæ ostium cle
mēter aperiat: ut talis inter nos fiat uerborum
modulatio, & sententiarum concētus, qualē il
la sanctissima Trinitas, & Deipara uirgo
Maria, angelorum agmina faciunt modulari.

Quid

DE VIRGINITATE

Quid nomen Mulieris significet, & locus diuī
Pauli ad Gal. 4. varijs sacræ scripturæ
locis explicatur. Cap. III.



VIDI igitur, & primum, illa lo-
ca quæ inter concionandū sub-
obscura temporis breuitate, vi-
debantur (quoniam aliquando
suspicio profutura, tum tibi in studijs lite-
rarijs exercendis, tum alijs quoq; qui ad sa-
cræ Theologiam incipiunt aspirare) co-
pioso sermone referamus. In sacris Euan-
gelijs sanctissimam nostram Mariam, non
virginem, sed bis mulierem appellatam le-
gimus: idq; non à quouis, sed ab ipsius filio,
qui æterna, inefficentiq; scientia cognos-
cit cætera quæq; semel in nuptijs illis plus-
quam humanis. Et dixit illi Iesus: Quid mi-
hi & tibi est mulier? Rursus autem in cruce
suspensus: Mulier, ecce filius tuus. At toti-
dem fuisse virginem appellatam memineras.
Missus est, inquit Lucas, angelus ad virgi-
nem desponsatam. Iterum: Et nomen virgi-
nis, Maria. O mira sacrorum librorum ar-
monia. sic locus locū explicat, vt nec iota
vnū quod alteri aduersetur inuenias. Quā-
uis ergo vsitator vulgo loquendi modus,
Muli

Ioan. 2.

Ioan. 19.

Luc. 1.

Mulierem, viro cognitam explicet: Tamen Hæbreorum, atq; etiam sacræ scripturæ loquēdi vsus est, vt Mulier. pro fœmina (quæcunq; illa sit, siue virgo, siue corrupta) sumatur. Vnde diuus Anselmus (quem sequitur Ordinaria glosa, & diuus Thomas) explicans illud Pauli ad Galat. 4. Misit deus filium suum, factū ex muliere, inquit, Hunc ergo Deus factum ex muliere. i. maternæ carnis substantia, sine virili admiratione cōceptum, ad humanos aspectus hominē verum protulit: qui in diuina virtute ac substantia manens per omnia quod erat, veram naturæ mortalis infirmitatem, quam non habebat, induit. Vfus nanq; diuinarum scripturarum, & maximè Hæbraicarum, mulieres appellare consuevit, non corruptas, sed fœminas, sicut legimus, Quia ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem & adduxit eam ad Adam. hæc ille. Sanctissimus quoq; Athanasius Alexandrinus episcopus sic ait: Factum nō per mulierem dixit: ne occasionem inueniant, qui per virginem asserunt, tanquàm per canale aliquod, dominum processisse in mundū, id falso omnino existimantes; sed ex muliere, hoc

S. Thom. 3.
p. q. 28. ar.
1. ad. 3.

Diuus Anse.

Gene. 2.

Athanas. in
episto. Pauli
ad Gal. 4.

DE VIRGINITATE

re, hoc est, ex ipsius mulieris substātia, corpus accipientem virginalis vteri fructū prodisse. Haecenus ipse. Mulieris ergo nomen, ad virginem extenditur. cuius rei testimonium sacra continet scriptura: nam in Genesi quoque legimus. Sed & serpens callidior erat cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem. Et rursus ibi Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dominus Deus ad Mulierem. Et dominus ad serpentē: Inimicitias ponam inter te & mulierem. Mulieri quoque dixit Deus: Multiplicabo erumnas tuas. &c. Apertum autem est ex his locis, Euam virginem & adhuc viro incognitam, mulierem appellari. Nam Gen. cap. 4. dicitur. Adam verò cognouit uxorem suam Euam, quæ concepit & peperit Caim. Adhuc etiam in Leuitico: Ponitur lex Mulieris fluxum sanguinis patientis. Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, nō in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi in tempore menstruo. Nunquid virgo hanc infirmitatem pati non potest? Imo

piē

piè credunt aliqui mulierem à fluxu sanguinis per dominum liberatam, fuisse beatam *Mathe. 9.*
 Martham sanctæ Magdalenæ sororem, *et Luc. 8.*
 quam Ecclesia sancta tanquã uirginem colit ac ueneratur. Ergo nomen mulieris *Ambro. lib. de Salomo. cap. 5.*
 utrũq; complectitur, & uirginem, & uiro cognitam. Multò apertius in Numeris: *Nume. 30.*
 Mulier si quidpiam uouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater uotum quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit animam suam, & tacuerit, uoti rea erit. Vides apertò nomẽ mulieris pro uirgine sumptum? Legas adhuc obsecro in *Deute. 21.*
 Deuteronomio præcipientem dominum. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris: & uideris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, uoluerisq; habere uxorem, introduces eam in domum tuã. &c. Dic mihi, num hoc in loco, mulier, & uirginem, & corruptam significet? Non'ne utraq; poterat esse captiua? non'ne utraque poterat esse uxor? Sed quid plura commemoro? Non'ne Christus saluator noster, mu- *Math. 5.*
 K lieris

DE VIRGINITATE

lieris immoderatum visum ad cōcupiscen-
dū eam, prohibuit? Quasi verò qui virginē
vidisset, immoderata concupiscentia faucia
tus, non peccaret. Lucas etiam dicit. Et mu-
lier quædam Martha nomine excepit illū
in domum suam. Beatam autem Martham
ecclesia virginem pronuntiat. Et Paulus.
Mulieres in ecclesia taceant. Sunt & alia
innumera loca, quibus ostendi potest Mu-
lieris nomen, ad virginem & ad corruptam
esse protractum. Quæ regula in sacris scri-
pturis exponendis vsui nobis esse potest,
ut iam catholicè negemus hanc consecu-
tionis formam: Mulier est, ergo corrupta.
Et ita locus superius memoratus diui Pau-
li ad Galatas. 4. intelligendus est. Cum
enim dicit filium dei factum ex Muliere,
rectè sancti solent exponere, id est, ex vir-
ginis substantia. qua regula tanquam verif-
sima à nobis proposita, facilis erit sensus
verborum domini, qui matrem suam semel
atque iterum Mulierem appellauit. Quare
si aliquis argutus (verbis Cyrilli patris no-
stri vtor) nobis occurrat, & dicat, quia &
Maria mulier in scripturis nominatur. sic
enim dicit Apostolus, Vbi autem venit ple-
nitu-

Lucæ. 10.

1. Cor. 14

Cyrillus. lib.
8. super le-
uici.

nitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret. Respondebimus ei, quod in hoc loco Apostolus, mulierem non pro corruptela integritatis, sed pro sexus conditione nominavit: ut quia dicebat filium dei missum, simul & illud, quod communi omnium ingressu in hunc mundum venisset, exponeret. Est porro ætatis istud vocabulum, eius scilicet, qua foemininus sexus annos pubertatis excedit, & ad id temporis, quo habilis viro videatur esse transit. sicut contra vir appellatur is, qui adolescentiæ tempus excesserit, etiam si uxorem nondum habeat, cuius vir esse dicatur: quo nomine appellari solent etiam illi, quos foemineæ admixtionis macula nulla perstrinxit. Si ergo recte dicitur vir pro sola virili ætate, etiam is qui nullius admixtionem foemineæ nouerit: quomodo non eadẽ consequentia etiã virgo quæ intemerata permãsit, pro sola ætatis maturitate mulier nominetur? Deniq; & Abrahã quũ puerũ mitteret Mesopotaniã in domũ Bathuelis, & inde acciperet Isaac filio suo vxorẽ: & puer curiosius percõtaretur, ait ad eũ, quod si noluerit Mu-

Mulier est ætatis uocabulum.

Vir, quis appellatur.

Gene. 25.

DE VIRGINITATE

lier sequi me, reducam filiū tuū illuc? Et nō dixit, quod si noluerit virgo sequi me. Ergo Paulus cūm filiū ex muliere factū prædicat, sexum ætatem' ve innuit, & virginitatis gloriam minimè tollit.

Locus ille Ioannis. 2. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Tripliciter exponitur, iuxta sanctorum patrum Augustini, Cyrilli, & Bernardi sententiam. Cap. III.



D verbum igitur illud primum Christi, iam nunc meritò accedamus (Neophyte bone) quod scitu & cognitione dignissimū esse puto. Ait enim. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Non virginem, nō matrem tunc nominat, quæ verè virgo & mater erat, sed mulierē: non viro cognitam existimans, sed mulieris vocabulo libentissimè vsus, profunda mysteria innuebat. Audi nanq; illum bonarum artium patrem Augustinum illa mysteria sapienter explicantem. Dominus, inquit, noster Iesus Christus, & Deus erat, & homo: secundum quod Deus erat, matrem nō habebat: secundum quod homo erat, matrē habebat. Mater ergo erat carnis, mater in-

firmi-

August. tra.
8. in Ioann.
tomo. 9.

firmitatis, quã suscepit propter nos. Miraculum autem quod facturus erat, secundum diuinitatem facturus erat, non secundum infirmitatem: secundum quod Deus erat, non secundum id quod infirmus natus erat: sed infirmum Dei fortius est hominibus. Miraculum ergo exigebat mater, at ille tãquam non agnoscit uiscera humana, operaturus facta diuina: tanquam dicens. Quod de me facit miraculum non tu genuisti, diuinitatẽ meam non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam, cum ipsa infirmitas pendeat in cruce. Hoc est enim. Nondum uenit hora mea. Tũc enim cognouit, qui utiq; semper nouerat, & antequam de illa natus esset in prædestinatione nouerat matrem: & antequam Deus crearet, de qua ipse homo crearetur nouerat matrem. Sed ad quandam horam in mysterio non agnoscit: & ad quandam horam, quæ non dum uenerat in mysterio rursus agnoscit. Tunc enim cognouit quãdo illud quod peperit, moriebatur. Non enim moriebatur per quod facta erat Maria, sed moriebatur, quod factum erat ex Maria. Quia ergo non erat illa mater diuinitatis, & per

DE VIRGINITATE

diuinitatem futurum erat miraculum quod petebat, respōdit. Quid mihi & tibi est mulier? sed ne putes quòd te negem, matrem, nondum uenit hora mea. ibi enim te agnoscam, cū pēdere in cruce cœperit infirmitas, cuius mater es. Hactenus Augustinus.

Gregorius
in registro
li. 8. episto-
la. 42.

Eiusdem est sententiæ diuus Gregorius, dicit enim. Quid mihi & tibi Mulier? Ac si apertè diceret. Vnde facere miraculum possum, hoc mihi ex patre, non ex matre est.

Ex matre enim mori poterat, qui ex natura patris miracula faciebat. Vnde & in cruce positus eandem matrem moriens reco-

gnouit, quam discipulo commendauit dicens. Ecce mater tua. Ait ergo. Quid mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea.

Quod est dicere. In miraculo quod ex tua natura non habeo, te minime recognosco.

Sed cū hora mortis uenerit, cognoscam te matrem: quia vnde mori passum, hoc ex te habeo. Hæc ille. Non distat Venerabilis

Venerabilis
Beda, super
Ioan. cap. 2.

lis Beda tantisper ab huiusmodi sententia patrum. Nimis placet hæc sanctorum interpretatio. Nam in Græco sic dicunt legi.

τί ἐμὴ ἡγὼ σοί; Quod doctus linguarum interpres Pagninus vertit. Quid mihi te-

cum?

cum? Quasi velit dicere. In natura diuina, per quam futurum est miraculum, quid mihi tecum commune? Cæterum diuus Cyrillus, mōtis Carmeli quondam decus, & cultor insignis, & in sacris literis interpretandis nulli ferè secundus, longè aliter, ne dicam melius, hunc locum interpretatur, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Non à se neque rogatus ad actionē miraculorum dominus solet peruenire. Necessitati enim, atque vsui hominum gratiam suam præbere solet: quāuis gratiora etiam sint quæ petuntur, si aliquantulum differuntur. Ad hæc quantus honor parentibus debeatur facile ostendit, cum statim ad actum propter matrem accedat, quem quantum in eo erat parumper distulisset. Hactenus ille. Sed multo apertius alibi. Non itaque hic verborum domini quibus suæ sacratissimæ matri respondit, sensus est, quem ipsi confingunt. Sed quoniam illa accommodum miraculo tempus præuenire, atque anticipare visa est, respondit christus, nondum opportunum aduentasse tempus, & horam tempestiuam ostendendi miraculū: sed tātisper

Cyrrillus. lib.
2. super Io.
c. 23.

Expositio se-
cunda.

Lib. 5. cap.
5. super Io.

DE VIRGINITATE

differendum esse, quod petisset, quoad oportunitas cōmodior adesset: qua quidem oblata dulcissimæ suæ matri obsecutus est. Hæc ipsius. Quæ puto fuisse desumpta ex beato Hireneo Lugdunense Episcopo, & martyre, qui fuit in diuinis scripturis studiosus & ualde eruditus, & apostolorum uicinus, & huius expositionis forsam primus inuentor. Eiusdem est sententiæ diuus Chrysostomus. Nondum uenit hora mea. id est, nondum cognitus sum præsentibus, nondum sciunt uinum deesse, sine, id primum intelligant: satis non est quod sola referas, mater es, & suspiciosum miraculum faceres. Oportet indigentes rogent: non quòd hoc ipse indigeam, sed ut miraculum uniuersis appareat. Quippe egeni, cùm beneficium accipiunt, plurimam habent gratiam: qui non indigent, non itidem eam intelligunt. Hæc ipse. Vtranq; uerò sententiã uisus est Euthimius Græcus breuissima periodo comprehendisse. Quid mihi & tibi? Quid ad nos attinet, id pro quo deprecaris? Quid ita nos urget? Potest præterea & alio modo intelligi. Quid mihi tecum commune est? Ego siquidē utpote Deus, noui quæ tempora

*Hireneus lib.
3. cōtra Valen. ca. 18.*

*Chryso. ho.
21. in Ioan.*

Similitudo.

*Euthim. ca.
1. in Ioan.*

tempora edendis miraculis sint cōgrua: tu uerò illa ignoras, quasi homo. Nō dixit autem mater, sed mulier, tanquā deus. Haecenus ille. Superest autem nunc tertiā adiungamus expositionem beati Bernardi, dicens: Quem non moueat, quod in nuptijs illis respondit dominus benignissime ac sanctissime matri suæ, dicens: Quid mihi & tibi est mulier? Quid tibi & illi domine? Nō'ne quod filio & matri? Quid ad illam pertinere queris, cum tu sis benedictus fructus uentris eius immaculati? Non'ne ipsa est, quæ saluo pudore concepit, & sine corruptione te peperit? Non'ne ipsa est, in cuius utero nouē mensibus moratus es, cuius uirginis uberibus lactatus es, cū qua iam duodecim annorum factus, de Ierusalem descendisti, & eras subditus illi? Nunc ergo domine, quid molestus es illi dicens? quid mihi & tibi? Multum per omnem modum. Sed manifestè iam uideo, quòd nō uelut indignans, aut confundere uolens uirginis matris tene ram uerecundiam dixeris: quid mihi & tibi? cum uenientibus ad te (iuxta matris præceptū) ministris, nihil cūctatus facias quod illa suggessit. Ut quid ergo fratres? ut quid

Bernar. ser.
2. dominicæ
1. post octa.
epiphaniæ.

Expositio
tertia.

K 5 sic

DE VIRGINITATE

sic respondeat prius? Vtique propter nos, vt conuersos ad dominum, iam non sollicitet carnalium cura parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Quandiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus. At postquã reliquimus nos metipsos, multò magis ab eorũ sollicitudine liberi sumus. Hęc ille.

Mulier, pietatis, teneritudinis, & officij vocabulum esse: Ac ideo semel atq; iterum fuisse Mariam deiparam à filio suo dilectissimo mulierem nominatam.

Cap. V.



Vdisti haftenus horũ sanctorum sententias, audire potuisses & aliorum complures, nisi iã mihi duodecima noctis sonuisset hora, dies pij certaminis properat, cõmata aurora ferè cõsurgit, gallinas gracillare, gallosq; cucurrere sentio, ideo reliquos sciens ac lubens præmittam, si nostram duplicis seruatoris uerbi auscultes commentationem. Cùm enim christus responderit matri. Quid mihi & tibi est mulier? Non dure neque inciuiliter christus matri dilectissimæ locutus est: non acriter, neque spinose verba illa legenda sunt,

sunt, utpote quæ suauia sint, & totius urbanitatis sale, & pietatis dulcedine plena: Et quæ cum illis, quæ dum in cruce penderet, protulit, coniunctissimam ostendant affinitatem. Mulier nanque (ut quibusdam placet) à molliendo est dicta: huius enim natura est, & ipsum iratum mulcere. Mulier etiam, tenerum animal est (ut uerbis magni Basilij utar) cui conditor teneriorem naturam dedit, ut paruulos humanius ac benignius educaret. Si enim Mulier austerior fuisset, nunquam plorantem infantem ulnis ac pectore foueret, ac complecteretur: nunquam proprii sæpe cibi oblita, ubera sitiienti tanta patientia præberet. Nunc uerò matrum uiscera somnum sæpe à palpebris discutunt, si quando infanti breue quid acciderit. Vt igitur puer probe nutriatur, mulieris natura dulcior est, & humanior creata. Mulieres itaque quantumuis iratæ, filiorum citissimè solent misereri. Ad hæc & necessitatibus aliorum, pietatis officio, & tenera animi clementia subuenire, munera elargiri, solatia præstare, infirmis deseruire, cum afflictis lugere, cum lætantibus exultare, Quid plura?

Omnia

Mulier pietatis & officij uocabulū.

Basilius homil. 21. in aliquot sacra scrip. locos. tom. I.º

DE VIRGINITATE.

Omnia omnibus sæpe fiunt, teneritudinis natura coactæ, quod tam longè abest à uiris, quàmquod longissime. O nunquam factis laudata mulierum clementia! O tenera, & amore nunquam fatigata mulierum viscera! O nomen pietatis immensæ! Obserua quid dicat dominus per Prophetam suū euangelicum Esaiam: Nunquid obliuisci potest mulier infantē suum, ut non misereatur filio uteri sui? Non enim dixit: nūquid mater: sed, nūquid mulier? Nam mulier pietatis & amoris signa, ac si mater esset, indigenti demōstrat. Sicut enim dum irascitur, plus omnibus uiris irascitur: breuis quippe omnis malitia super malitiam mulieris: ita fanè quando mulier miseretur, uerius quàm uiri proculdubio miseretur. Iam igitur ista perpende quanto perfectius cōueniant sanctissimæ Mariæ, quæ nos omnes in filios erat susceptura. Quæ enim fuit, uel unquam futura est, ex matrū amplissima penu, quæ ea copiosius & fructuosius matris officia consumarit? Idcirco Christus (cuis oculis sunt cūcta subiecta) id certò cognoscens, dicenti sibi matri: Fili, uinum non habent: dulciter respondit, illiusq; pietatem admiratus dixit:

Isa. 49.

Ecclesi. 25.

dixit. Quid mihi & tibi est mulier? Quasi uelit dicere. O mulier, quæ quia uirgo intacta & mater mea es, uerius quã aliæ, mulier appellaris. hoc est, præstantius officium mulieris imples. O mulier (cuius est adeo mole & fœmineum pectus, miserationum abundantia plenum) aduocatam te nunc primum efficis peccatorum: & ipforum necessitatibus in posterum mederi auguraris, meq; omnium necessitatum liberatorem copiosissimum, cunctis illud cernentibus, profiteris? Placet sanè placet tuæ pietatis miserationis. Tua hæc sunt innatæ miserationis officia. Inde semper beatam te prædicabunt; orbis terrarum rationales creaturæ. Idcirco tuo tu interuentricis officio functa, conuiuantium indigentiam & ruborem timens, consulto uoluiti sponsi ac sponsæ necessitatis pœnam præuenire. Verum nondum uenit hora mea, neq; etiam tua. Mea enim interest, plus animarum, quàm corporum habere rationem. Siquidem non propter temporalia, sed propter spiritualia & æterna missus sum. Rursum neq; tua interest hæc externa curare. Nam uirgo cogitat solum quæ Dei sunt. Hic tuus pretio incompara-

Ex Ioanne
Fero Magū
tino.

I. Corin. 7.

bilis

DE VIRGINITATE

bilis magistratus, In spiritualibus ergo re-
 gnum tuum & dilatabitur à mari usque ad
 mare, & à flumine, usque ad cardines or-
 bis terrarum. Denique nondum uenit ho-
 ra nostra. Cùm enim cœperint indigere,
 tunc fidei fundamenta erunt iactanda.
 Tunc & tibi aderit tempus & iustæ peti-
 tionis occasio: & mihi faciendi miraculum
 opportunitas exoptata. futurum est autem
 quando & pro toto mundo internam ora-
 tionem effundes, qua auribus pietatis exau-
 dita, eum tibi mulieri singulariter pię ac te-
 nerrimę, immensi doloris uoce cõmendabo.
 Tandẽ cùm christus dominus penderet in
 cruce, & spiritũ deo patri uellet cõmẽdare,
 nõ huiusce immemor promissionis dixit.
 Mulier ecce filius tuus. Quasi diceret. O
 mulier quæ muliebri affectu, dũ essemus in-
 uitati, te omnium hominũ aduocatã innue-
 bas, habes iam nunc quod & tota mente pe-
 tisti. Eodem prorsus fœmineæ compassi-
 nis affectu, id in posterũ præsta, quod nunc,
 tanti tui desiderij memor, cõcedo. Ideo nã-
 que eodem nunc mulieris vocabulo repeti-
 to, tibi Ioannem, (in quo cæteri qui gratiã
 diuinam, tuiq; fauoris patrocinium optant,
per-

perfectissimè adnotantur) in filiū amantissimum trado. Scio itaq; mulier anxias tui pectoris cura s: scio & mæstitudinem, misericordiam, religionē, charitatemq; tuā: scio, & anxie scio. Quippe cū doloris mei causa nō minima sis, ego tui doloris vnica causa sum, scio quamobrē astes: vis pietatis vnguine me delinire: cogitas desolatum, uel præsentia tua saluari: (Mulieris hæc sunt officia) optas & mecum cōmori, uel sola mori. Accepta sunt hæc. At quantū mulcēt, tantum vlcerant. Proinde Mulier fortissima suis tēporibus pretio & remuneratio- ne, ex ultimis finibus non fraudanda, neque iam debito solatio es destituenda. Si tamen ab afflictissimo, afflictæ quid remedij afferri potest? Vides quantis tormentis hic pendeam? Quot difficultatibus æstuem? Quot angoribus mea contabescat virtus? Quo pretio, quo impendio peccatorem redimam? Qua charitate genus humanum amplectar? Placavi patris iram, restat vt etiam te non deseram. Hactenus quidem charissima genitrix, ab exordio natiuitatis meæ, usque in hanc nouissimam horam, fidelissimam te mihi matrem exhibuisti, omnēq;

matc-

DE VIRGINITATE

maternum affectum ostendisti : iam' que memoriente ab omnibus derelinquendam times. Sed noli ob hoc triftari. En astat Ioannes ille nepos tuus, alioqui tibi, mihiq; iuxta percharus, de hoc tibi omnia bona pollicere. Hic interim tibi erit filius, qui te obferuet, colat, honoret, atq; magnificet omnibus diebus uitæ fuæ. Cuiq; tu quoq; matris officia, quæ tanto tempore expetifti, adiutricis, interuentricisq; opem perpetuò demonstrabis. Ac ne quid de hoc dubites, en ipsum in præfentia alloquar. Hunc enim quasi me ipsum in famulum, custodẽ, & tutorem trado. Et conuerfus ad difcipulum dilectum, dixit: Ecce mater tua. Quafi diceret: Egregiè quidem hætenus mi Ioannes uocationi tuæ respondifti: non igitur irremuneratus abibis pro tua fingulari in me fide, & constantia: imò excellentioribus dadarijs honoraberis, quàm uel precari, uel fperare auderes. Orbauit te amor meus dulciffima nauicula, parentibus, coniuge, & te ipfo, in me fperem, curam, follicitudinẽq; omnem iactaras: in me petra, fecurè ædificabas. Nihil hic tam dulce tibi, nec nuptiæ, nec paterna domus, nihil tam graue, quod

te

te à comitatu meo retraheret: per iniquas
etiam pontificū ædes secutus, iamq; nouis-
sime cruci compatiensissimus astas. Quare
igitur te relinquerem, qui me secutus es?
Quare nō enutrirem, cuius in me tota spes
confedit? Nequaquam morte mea, omnis
spes tua corruet, nō ingratus tibi ero. Ecce
mater tua. Dixisti parentibus tuis propter
me: Non noui uos. Ecce dei genitrix mater
tua, agnosce eam. Reliquisti coniugem anci-
pitis fidei: ecce virginē habes integerrimā.
Renuntiasti nauiculæ piscatoriæ: ecce nauē
institutoris, de lōge portantē panem suum.
Spreuisti parua, accipies maxima. Repulisti
dubia, accipies æterna. Vidisti in monte Ta-
bor gloriam meam. Vidisti curatā Iairi fi-
liam. Vidisti me in horto sudorem sangui-
neum pati. Heri etiam ni cœna super pectus
meum recubuisti. Sed nunc quod dilectissi-
mum in mundo habeo, tuæ fidei cōmendo.
Ecce mater tua. Vides me morti propin-
quum, uides matrem desolatam, uides mul-
tos esse aduersarios: eam igitur tibi cōmen-
do, assigno, & tuam facio. Ecce quæ mea,
iam tua mater est. Tu igitur, quod filiū de-
cet, eam serua, foue, dilige, ministra. Si enim

L

eam

eam agnoscis matrem, ego te agnoscam in fratrem. Si eidem te totum cōmiseris, eius singularis pietatis, & materni affectus beneficia experieris.

Adduntur & aliæ causæ tres, quare christus matrem suam, pendens, appellarit mulierē.

Cap. VI.



Quotuissem & alias inuenire rationes, quare christus super omnes benedictus matrem suā alioqui virginē, in supremo illo crucis salutiferę throno mulierē nominauerit, nisi consulerem breuitati. Interim tamen accipe & has ad pietatem maxime conducētes.

Prior ratio.

Quis enim non uidet maxime virginis dolorem augeri potuisse, si pendens in cruce filius tantis tormentis onustus, matrem illam nominasset? sponne ad dolorē currenti calcaria addidisset, cū afflictis enim, aut tacendum omnino, aut duriuscule loquendum. Ne dum cor ipsius dolentis sicut cera liquefcit, blandicella loquentis eloquia, ceu radij solares vrentes, aut certe ignis syluas deuastans atq; consumens, guttulas lacrymarum à corde mœrentis crebrius distillare compellant. Hoc igitur abstulerat

Similitudo.

rat

erat tempus dulciter eam alloquendi, & multis nominibus dulcæ matris nomen, suaviter exprimendi. Ad hæc mulierem ipsam etiam nominat: ne si matrem vocaret, crucifixoribus ansam daret, durius contra ipsam agendi. Quemadmodum enim qui amicum diligit, & amici coniunctos honorare conatur: ita profectò & qui de hoste prostrato, trophæa exoptat gloriosa referre, quæ sunt etiam illi coniunctissima & iniurijs laceßere, & tormentis, si potest, affligere, non ueretur: ut sic inimici pœna immaniter duplicetur. Postremò etiam mulierem ipsam nominat: quia licet nomine uirginitatis supra modum laudibus fit extollenda: tamen mulieris nomine maioribus est laudibus, cumulanda. Nimirum quòd deus ipsius viscera, hoc sacratissimo fructu dignatus est uisitare: & testamentum iam olim Abrahæ factum, & alijs sanctissimis patribus repromissum, per ipsam mundo exponere. Hinc est quòd christus eam de cruce, mulierem uocat: hinc est quòd angelus benedictã inter mulieres pronuntiat: hinc est denique quòd Paulus dicit christum ex muliere factum.

Altera ratio.

Similitudo.

Tertia ratio.

Hierony. lib.
2. in episto-
lam ad Ga-
la. 4. Tomo.
9.

Diligenter autem attendite (inquit Hiero-
nymus) quod non dixerit, factum per mulie-
rem, quod Marciō & cæteræ hæreses uo-
lunt, quæ putatiuā christi carnem simulant:
sed ex muliere: ut non per illam, sed ex illa
natus esse credatur. Quod autem sanctā &
beatam matrem domini, mulierem, non vir-
ginem nominauit, hoc idem & in euāgelio
κατὰ ματθαίου scriptum est: quando appel-
latur uxor Ioseph; & ab ipso domino quasi
mulier increpatur. Non enim necesse erat
semper, quasi cautè & timidè uirginem di-
cere: cum mulier sexū magis significet, quā
copulam uiri; & secundum intelligentiam
Græcitatatis *γυνή* tam uxor, quā mulier ua-
leat interpretari. Hæc breuiter sed erudite
D. Hieronymus. Effluxit in his styllus præ-
ter morem, & animus plura quā putarat ef-
fudit: ut uim uocabuli intelligentes ex ua-
ria sanctorum sententia, in sacræ scripturæ
intelligentia non cespitemus. Sed ulterius
progrediamur.

Vsus præpositionis, antequam, in scripturis & in
nostro modo loquendi, ostenditur. Et quid nomen
uxoris & coniugis significet ex sententia Hiero. &
Aug. explicatur.

Cap. VII.

Sunt



Vnt & in sanctis euangelijs
 (ut heri inter concionandum
 explicabam) alia non exigua
 difficultatis loca, quæ sobriè,
 piè, & iustè, optas ab amico fu-
 lius interpretanda. Qualis est ille apud Ma-
 thæum. Cùm esset desponsata mater eius
 Maria Ioseph: antequam conuenirent inue-
 ta est in utero habēs de spiritu sancto. Et al-
 ter in eodem. Ioseph fili David noli timere
 accipere Mariam coniugem tuam. Quid e-
 nim prępositio illa, antequam, & nomē cō-
 iugis aut uxoris significet, quæris. Rem dif-
 ficilem atquę intelligentia dignam postula-
 sti. Verum nō propriæ innitamur sententiæ,
 sed ab illo sensum uerum, humili mente pe-
 ramus, qui dixit. Sine me nihil potestis face-
 re. Sine illo autem faciunt, quicunq; plus sa-
 pere uolunt, quā oporteat sapere: non con-
 tenti his quæ pertinent ad sobrietatem. Nō
 igitur nostram, sed sanctorū patrum sequa-
 mur sententiam. Hi enim sunt de quibus do-
 minus noster dicebat patri suo. Abscōdisti
 hæc à sapiētibus & prudentibus (huius sæ-
 culi) & reuelasti ea paruulis (non ætate, sed
 spiritu.) Nos uerò quibus catholica fides, &

Math. cap.
1.

Ioan. 15.

Ad Rom.
12. cap.

Lucæ. 10.

DE VIRGINITATE

humani intellectus captiuatio, animiq; nostri depressio, ac humilitas vera patrocina-
tur, sanctorū patrū uestigia secuti, & spiri-
tus sancti obūbratione protecti, hæc & alia
multò difficiliora loca intrepide exponemus. Vim enim præpositionis illius, ante-
quã, erudite exponit diuus Hieronymus in
libro aduersus Heluidiū de perpetua virgi-
nitate beatæ Marię. In eo (inquit) quod ait,
neq; enim de nō conuenturis euāgelista di-
xisset: priusquã conuenirent: quia nemo de
nō præsuro dicit, antequã pranderet: doleã
ne, an rideã, nescio: imperitiæ arguã, an te-
meritatis accusem? Quasi si quis dixerit, an-
tequã in portu præderem ad Africam nauigau-
i: nō possit stare sentētia, nisi in eo por-
tu prandendum quãdoq; sit. Aut si velimus
dicere: Paulus apostolus antequã ad Hispaniam
pergeret, Romæ in uincula coniectus est. Aut certe illud: Heluidius antequã pœ-
nitentiam ageret, morte præuentus est: sta-
tim aut Paulo post vincula ad Hispanias sit
eundum, aut Heluidio pœnitentia agenda
post mortem, cū scriptura dicat. In infer-
no autem quis confitebitur tibi? Ac non po-
tius sit intelligendum, quod, ante, præposi-
tio,

Hierony. ad-
uersus Helui-
dium. Tom.
2.

Præpositio
Antequam,
explicatur.

Psal. 6.

tio, licet sæpe consequentiam indicet, ta-
 men nonnunquam ea tantum quæ prius co-
 gitabantur, ostendat. Vnde nec necesse sit,
 ut cogitata fiant, cum aliud ideo inuenerit,
 ne ea quæ cogitata sunt, fierent. Non igi-
 tur sequitur, vt prioribus docuimus exem-
 plis, eum. s. Ioseph cum Maria conuenisse
 post partum, cuius cõueniendi desiderium,
 uteri conceptione sublatum est. Hæc ille.
 Quem secutus diuus Thomas in tertia par-
 te dicebat. Quo vsitato loquendi modo v-
 sus euangelista dixit. Antequam conueni-
 rent, inuenta est in utero habens de spiritu
 sancto. Absit ut postmodum conuenirent.
 Nam dũ uiderentur cõuenturi, præuenit cõ-
 ceptio per spiritum sanctũ. Ex quo factum
 est, ut in posterũ non conuenirent. Hęc ip-
 sius. Secundũ uerò locum erudite, ut solet,
 explicat diuus Aug. dicens, Coniux uoca-
 tur ex prima fide desponsationis, quã con-
 cubitu nec cognouerat, nec fuerat cognitu-
 rus: nec perierat, nec mendax manserat cõ-
 iugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura
 erat carnis commixtio. Erat quippe illa
 uirgo, ideo & sanctius & mirabilius iucun-
 da suo uiro: quia etiam fecunda sine uiro,

S. Tho. 3. p.

q. 28. ar. 3

ad primum.

Matth. cap.

1.

Augu. in lib.

de nupt. &

concup. cap.

11. Tomo.

7.

prole dispar, fide compar. Propter quod fidele cōiugium, parētes christi uocari ambo meruerunt, & non solum illa mater, uerum etiam ille pater eius, sicut coniux matris eius, utrunq; mente, non carne. Hæc ille. At multo copiosius & elegātius diuus Hieronymus. Quod autē, inquit, in somnis dicitur ad Ioseph: Ne timeas accipere Mariā uxorem tuam, Et rursus. Exurgēs autem Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei Angelus domini, & accepit uxorem suam: nullum mouere debet, quasi ex eo q; uxor est appellata, sponsa esse desierit: cū hanc esse scripturæ diuinæ consuetudinem nouerimus, ut sponfas appellet uxores. Sicut in sequentibus Deuteronomij testimonijs approbatur. Si quis, inquit, inuenerit uirginē desponsatam uiro in campo, & uim faciens dormierit cum ea, morte moriatur: quia humiliavit uxorem proximi sui. Et in alio loco. Si autē fuerit adolescentula desponsata uiro, & inuenerit homo eam in ciuitate, & dormierit cum ea, educetis utrūq; ad portas ciuitatis illius, & lapidabūtur lapidibus & morientur. Adolescentula quidem, quia non proclamauit cū esset in ciuitate: uir autem

D. Hierony.
ubi supra.

Coniugis &
uxoris uocabulum
quid significet.

Deute. 22.

Ibi.

autem quia humiliavit uxore proximi sui:
 & eradicabitis malum ex uobis metipsis.
 Nec non & alibi: Et quis est ille homo, cui
 desponsata est uxor, & non accepit eam? Va-
 dat & reuertatur in domum suam, ne forte
 moriatur in bello, & forte homo alius acci-
 piat eam. Haecenus ille. Quibus locis aper-
 to monstratur, nomen uxoris & coniugis
 pro desponsata quandoque poni, non autem
 semper pro ea quae iam est cognita uiro, &
 amplexus, uoluptatesque maritales experta.
 Eandem quoque sententiam repetit diuus
 Hieronymus in commentarijs super Mat-
 thaeum capite secundo.

Deute. 20.

Hierony. in
 Matthaeum.
 c. I. Tom. 9

Cognoscere, in scripturis uerbum usitatum, ali-
 quando ad coitum, aliquando autem ad scientiam
 referri. Aduerbia, donec, usque tum finitum, tum
 infinitum tempus importare. Cap. VIII.



Atis fuisset me ista interpreta-
 ri, nisi tuum de ueritate catho-
 lica cognoscenda, amplissi-
 mum desiderium, alterius lo-
 ci beati Matthei ueram postu-
 lasset intelligentiam, cui impiu esse in re ta-
 iusta non suffragari, Non cognoscebat, in-
 quit, eam, donec peperit filium suum. Quid

Matth. 8.

S. Tho. 3. p.
q. 28. ar. 3
ad 2.

Chrysofsto.
opere imp.
Homil. 1.
prior sensus
uerborum.

Alter sensus
eorundem.

S. Thom. in
catena Au-
rea tribuit
B. Hilario su-
per Matth.
quem haec
nus nō potui
inuenire.

Hiero. supra
in Heluidiū.
3. Sensus ex-
plicatur.

obscœni sonat, verbum cognoscebat: Ni-
hil prorsus. Nam (vt verbis beati Thomæ
vtar) quidam dixerunt hoc non esse intelli-
gendum de cognitione coitus, sed de cog-
nitione notitię. Qualem sensum exprimit D.
Chrysofomus. Vere enim non cognouit
eam, ante cuius fuerat dignitatis, quæ vnige-
niti dei facta fuerat mater: sed postquã pepe-
rit, tũc cognouit eam: quia speciosior, & di-
gnior facta fuerat, quã totus mūdus. Nam
quẽ totus mūdus nō capere poterat, nec me-
rebatur accipere, quasi in angustū cubiculū
vteri sui sola suscepit. Hæc Chrysofomi.
Quidã vero hoc referũt ad notitiã visus. Si-
cut enim Mosi cũ deo colloquẽtis glorifica-
ta est facies, vt nō possent intendere in eum
filiij Israel, sic Mariæ claritate virtutis altis-
sime obumbrata, cognosci nō poterat à Io-
seph, donec pareret: post partũ verò à Io-
seph agnita inuenitur, specie faciei, nō tactu
libidinis. Hieronymus autem verbũ cogno-
scendi nō negat hoc in loco posse sumi pro
cognitione coitus, potest autem ad scientiã
referri. Aduersarius, inquit, superfluo labo-
re defudat, cognoscendi verbũ ad coitũ ma-
gis quàm ad scientiã referendum: quasi hoc
quis-

quisquã negauerit & eas ineptias, quas re-
darguit, aliquãdo prudens quispiã potuerit
susplicari. (Et paulo post) De eo quidẽ quod
scriptũ est, cognoscebat, ad coitũ esse refe-
rẽdũ, ipse dissertit, nullo dubitãte, quin ad
scientiã sæpe referatur, vt ibi, Remãsit puer
Iesus in Hierusalẽ, & nõ cognouerũt paren-
tes eius. Hęc ille, Habes ergo quorsum fan-
ctissimus ille Ioseph cõiugẽ suã nõ cogno-
uit, donec, peperit. Sed quid istud, donec si-
gnificet inquiramus. Num dictiones hæ, do-
nec, vsq;, significant finitũ tempus? nõ ali-
quãdo infinitũ? Re uera (charissime) utrũq;
reperies in sacris literis præ se ferre. Diuus
nanq; Chrysofostomus (vt à Græcis doctõri-
bus auspicemur) sic ait. Donec, hic posuit,
non vt suspiceris, quia vel postea aliquando
cognouerit: sed vt discas, quod etiam ante
partum intacta permanserit. Cuius igitur,
inquires, rei gratia, donec hic positum est?
Sæpe scriptura diuina hac vti elocutione
consuevit: vt dicendo, donec, non defini-
tum aliquod tempus includat. Nam & cũ
à Noe coruus ex arca esset emissus, non
est, inquit, reuersus, donec siccaretur a-
qua. Et certe non postea inuenitur redisse.

Luca. 2.

Quid donec
& usq; signi-
ficent.

Chrysofost.
Homil. 5. in
Marth.

Gene. 8.

De

Psal. 89. De ipso etiam loquēs deo. A seculo, inquit, & usque in seculum tu es. Sed nullum hic profectò terminum posuit. Rursus altitudinem pacis annuntians. Orietur, inquit, iustitia eius & abundantia pacis, donec auferatur luna. Nō tamen ut post illam pacem finē statuatur huius, quod spectamus elementi. Ita etiam hoc loco, donec, posuit, ut à suspicionē, illud quod ante partum tempus fuit, absolueret. Postea uerò quod sequitur, tibi iam estimandum reliquit. Quod enim ab eo tibi dicendum erat, hoc ipse dixit, quod intacta fuit usque ad partum uirgo: quod uerò apertum erat, atque manifestum, tuo intellectui dereliquit: ut est certe istud. Quoniam nec postea quidē eam, quæ christi mater effecta est, & nouo illustrata partu, nouoq; conceptu, ille iustus aliquando fuerit ausus attingere. Hæc ille. Non aliter Magnus ille Basilius infinitum aliquod tēpus dictionem, donec existimat præ se ferre. & in confirmationem huius sententiæ adducit locum illum Matthæi sic, inquit, & à domino uerbū hoc memoratur. Ecce, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi. Post seculū dicere, non erat

Basilius. Homil. 25. de humana christi generatione. tom. 1. Matth. 28

erat necesse. Non enim cū sanctis unquam dominus esse desinet. Nec præsentiiū promissio, futurorum est exceptio. Eodem ferme modo, & nunc illud, donec, accipitur. Hæc Basilij. Post quem diuus Athanasius episcopus Alexan. explicat similiter illud psalmi & Apostoli dictum. Donec ponat inimicos sub pedibus eius. Vides, inquit, quemadmodum, donec, particula id non ut futurum tollat posita sit, sed ea quæ explicata est causa. Restat enim eius, inquit, imperium, neque lentescit, aut debilitatur, donec omnia compleat. Rebus uero omnibus absolutis, longe magis nullus erit illius imperij finis. Hæc ipsius, Taceo Theophilaclū, Taceo & Euthimiū magnæ sanctitatis & eruditionis uiros, qui eādē habent, huius dictionis, donec, obseruationem. Sunt etiā inter Latinos nō contemnendi scriptores, qui eiusdem uocabuli uim sapiētissime explicarunt. Nam diuus Ambro. in libro de Noe & arca, eadem ratione explicat illud idem Geneseos octauum caput, ubi coruus dicitur egressus ab arca, & non reuersus donec siccaret aqua à terra, quasi uerò postea sit regressus. Sed hæc, inquit, locutio familiaris

Athana. in
priorem epis
sto. ad Cor.
cap. 15.

Theophil.
Euthimius.

Ambro. lib.
de Noe &
Arca. c. 17.
Tomo. 4.

DE VIRGINITATE.

liaris est scripturæ diuinæ, siquidem & in euāgelio habes scriptum de sancta Maria, quod non cognouerit eam Ioseph, donec peperit filium suum, cum utique nec postea cognouerit. Hæc ibi. Et diuus Augustinus exponit ad eundem sensum, locum psalmi 109. donec ponam inimicos tuos. Et multo apertius in libro octuaginta trium questionum. Ergo oportet regnare eum, donec ponat omnes inimicos suos, sub pedibus suis: non ita dictum est, quasi cum posuerit inimicos suos sub pedibus suis, nō sit postea regnaturus: sed oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Oportet eum, inquit, ad tantā euidentiā regnum suū perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quod regnet. Nam scriptū est, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Nec ideo tamen cū misertus nostri fuerit, oculos ab eo debemus auertere. In tantum enim beatitudo nostra, in quantum eius contemplatione perfruimur. Hæc ipse. Cuius verba fere repetit beatus Anselmus in cōmentarijs super epistolas Apostoli Pauli, ad uerbij donec, vim exprimens, & in

August. lib.
1. de trini.
c. 8. Tom. 3.

q. 69. Tom.
4.

Psal. 5.

Anselmus. I
Cor. 15.

& in sacris scripturis usum ostendens. Nōne diuus Gregorius ita commentatur illud dictum Iob cap. 9. Deus non proiciet simplicem, nec porriget manū malignis, donec impleatur os tuū risu, dicēs. Donec, autem dicitur non quod omnipotens deus, eò usq; malignos nō subleuet, quousq; electos suos in iubilationis gaudia assumat: ac si post à pœna eripiat, quos ante in culpa deferēs dānat: sed quod hoc nequaquā uel ante iudiciū faciat, cum dubiū hominibus videri possit, an fiat. Nā post electorum suorum iubilū, quia malignis manū non porrigat, ex ipsa iā distictione vltimi examinis cōstat. Sicut per euangelistam de Mariæ sponso dicitur. Et nō cognouit eam donec peperit. Haftenus ille, Similiter diuus Bernardus interpretatur illud Cantico. 2. qui pascitur inter lilia donec aspiret dies. dicens, hanc dictionem, donec, inclusiuam & exclusiuam esse. Ad hæc venerabilis Beda Huius dictionis non insulsè meminit, explicans nescio cuius prophetæ sententiam. Ego sum, ait dominus, & donec Senescatis ego sum. Sic enim ait. Non enim post Senectutem hominum, deus nō erit, cum eisdem potius senescenti

Gregorius
lib. 8. mora.
ca. 40.

Bernar. Homil. 72. sup
per Cant.

Beda. l. 2. in
Iob. c. 10.

scientibus, deus perpetuò maneat. Ultimus
 omnium, sed grauiſſimus Hieronymus à me
 citetur, qui plura tibi adducet loca vim il-
 lius dictionis explicantia. ait enim. Nunc il-
 lud est ostendendum, vt quomodo ibi con-
 ſuetudinem ſcripturæ ſecutus eſt: ſic etiam
 in, donec, eiufdem ſcripturæ autoritate fun-
 gatur. Quæ ſæpe certum tēpus (ut ipſe diſ-
 ſeruit) in eius aſſumptione ſignificat, ſæpe
 infinitum. Vt eſt illud quod deus ad quos-
 dam loquitur in prophetis: Ego ſum ego
 ſum, & donec ſeneſcatis ego ſum. Nūquid
 poſtquā illi ſenuerint, deus eſſe deſiſtet? Et
 ſaluator in euangelio ad Apoſtolos: Ecce
 ego, inquit, vobiscum ſum, omnibus diebus
 vſque ad conſummationē ſeculi. Ergo poſt
 cōſummationē ſeculi à diſcipulis ſuis do-
 minus abſcedet: & tunc quando induode-
 cim ſolijs iudicaturi ſunt duodecim tribus
 Iſrael, domini conſortio fraudabūtur? Pau-
 lus quoq; apoſtolus Corinthijs ſcribēs. Pri-
 mitiæ ait, chriſtus deinde hi qui ſunt chri-
 ſti, qui in aduentu eius crediderunt: deinde
 finis cū tradiderit regnum deo, & patri:
 cum deſtruxerit omnem principatum, &
 omnem poteſtatem & virtutem. Oportet
 enim

Hierony. ſu-
 pra in Hel-
 ſid.

Matth. 28

1. Cor. 15.

enim illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius. Nunquid tãdiu regnatus est dominus, donec incipiant esse inimici sub pedibus eius? Et postquam illi sub pedibus fuerint, regnare desistet, cùm utique tunc magis regnare incipiet, cū inimici ceperint esse sub pedibus eius? David quoque in quarto Graduum psalmo. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Ergo tandiu propheta oculos habebit ad dominum, quandiu misericordiam impetret, & post impetratam misericordiam, oculos torquebit in terram? Loquitur in Genesi sermo diuinus. Et tradiderunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & in aures, quæ erant in auribus eorum. Et abscondit eos Iacob sub terebinthum, quæ est in Sichimis, & perdidit eos vsque in hodiernum diem. Item in fine Deuteronomij. Et defunctus est Moses seruus domini in terra Moab, iubente domino, & sepelierunt eum in Geth prope domum Phegor, & nemo scit sepulchrum eius usq; in diem istum. Hæc ibi. Apud Matthæum quoq; legitur. Appellatus est ager ille Hamaceldema,

Psal. 122.

Gene. 35.

Deute. 34.

Matth. 27

M celdema,

celdema, hoc est ager sanguinis, usq; in ho-
 diernum diem. Et Petrus loquens de sepul-
 chro Davidis ait. Et sepulchrum eius apud
 nos est, usq; in hodiernum diem. Ecce qua-
 tenus in his, dictiones, donec, & usque, tem-
 pus infinitum significant. Cùm ergo Euan-
 gelista dicit, sanctum uirum non cognouis-
 se eam, donec peperit, id quod fieri potuit,
 dixit, quod factum nō est: illud autem quod
 nec fieri potuit, quid necessarium habuit di-
 cere factum non est? Cuius rei exemplum
 pulchrum affert Chrysostronus opere im-
 perfecto, dicens: Ille nescio quis litem cum
 illo commisit, & donec vixit, non est ei lo-
 cutus. Nunquid ex hoc quod dixi, donec vi-
 xit nō est ei locutus, ex eo signavi, quia post
 mortem illius locutus est, quod fieri non
 poterat? Sic & Ioseph ante partum credi-
 bile fuit, ut cognosceret eam: quia nondum
 cognoscebat mysterij dignitatem. Postquā
 uerè cognouit, quia facta est vnigeniti dei
 templum, quomodo poterat hoc usurpare?
 Quod ante facere noluit vir religiosus ex-
 pectans nuptias suas, post ea facturus fue-
 rit, ut habitationem dei carnalibus concupi-
 scentijs sordidaret? Hoc secundum ratio-
 nem.

A. B. 2.

Chrysostr.
 opere imper.
 Homil. 1.

Similitudo.

nem, Veniamus autem ad autoritatem sacrae scripturae, Donec uenio, attende lectioni. Nunquid significauit, donec uenio quidem attende: cum uenero autem negligere. Hæc ibi. Ad illud usque tempus, posset aliquis impunè dubitare, cognouerit eã, necne? Cæterùm eo amplius, sanæ mentis non esset. Vt si diceres. Brumali tempore, non occidit Sol donec sexta sonuerit hora. At deinceps nulla est dubitationis occasio. Sed de his hæctenus,

1. Tim. 4.

Similitudo.

Nomen, primogeniti, & filij quadrifariam summi, ex sacra colligi scriptura.

Cap. IX.



Oluissem proculdubio pensum (charissime fili) nisi tu me per Dauidicū illud diuini sermonis elogiū ulterius progredi cōpulisses: Quā dulcia, in-

Psal. 118.

quit, faucibus meis eloquia tua, sup. mel ori meo. Quocirca mecū exostulare promittis, si locū eūdē Matthæi de filio uirginis primogenito: & locū Ioānis de fratribus christi nō explicauero. vim huius uocabuli, Primogenitus, & alteri⁹ uocis, fratres, scire cōcupiscis, ex eorūde sanctorū placido fonte.

Matth. 1.

Ioan. 2.

M 2 Faciam

DE VIRGINITATE

Faciam libenter quod hortaris (amantissime) & tuæ pietatis desiderio breuiter satisfaciam. Scito igitur apud sacram scripturam quatuor poni significata, huius nominis, Primogenitus. Quandoque enim notat primum inter fratres genitum. Sic Rubem dicitur primogenitus in filijs Iacob. Quandoque primum & solū genitum, vt in præfenti loco. Et non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum. Adhæc etiā significat egregium & honoratum. Sic dicitur Ecclesia primogenitorū in cælis descriptorum. Præter hæc autem omnia significat & eum qui simpliciter præcessit, iuxta illud. Primogenitus omnis creature. Hoc est, ante omnem creaturam habēs esse. Confirmat autem hanc nostræ interpretationis ueritatem Chrysostronus in fine Homiliæ primæ in Mattheum imperfecto opere, sic dicens, Vsus est scripturis, non solum illum primogenitum dicere, qui primus nascitur, sed etiam illum qui solus est natus. Quando dicebat dominus ad Pharaonem. Primogenitus meus Israel. Nunquid iam alium populum habebat? Si autem dicis quod secundum præscientiam dicebat primogenitum

Primogenitus
quatuor
modis sum-
mitur.

Gene. 49.

Matth. 1.

Modus lo-
quendi.

Colo. 1.

Chryso-
opere imp.
Homil. 1.

nitum populum Iudaicum, sciens quia ex gentibus alium populum erat factururus: dico tibi quātum ad præsicientiam suam semper duos populos habuisse: sed tam de Iudeis, quā de Gētilibus unum populum fuerat habiturus, sicut & habet. Hæc ipsius. Elegantius & cōmodius multo, diuus Hieronymus. Nos autem, inquit, ita definimus. Omnis unigenitus, & primogenitus: non omnis primogenitus, & unigenitus. Primogenitus, est non tantum post quē & alij, sed ante quē nullus. Omne, inquit, dominus ad Aaron, quod aperit uuluam ab omni carne quæ offertur domino, ab homine usq; ad pecus, tibi erunt: Tantummodo pretijs redimant primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorū. Definiuit sermo dei, quid sit primogenitum. Omne, inquit, quod aperit uuluam. Alioqui si nō est primogenitus, nisi is tantum quem sequuntur fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non debentur, quandiu & alia fuerint procreata, ne forte partu postea non sequente, unigenitus sit, & nō primogenitus. Redemptio, inquit, eius erit ab vno mēse, æstimatio quinque siclorum. Siclus, secundum

Hierony. supra in Heluidium.

Num. 18.

DE VIRGINITATE

sicut sanctuarij viginti oboli sunt. Tan-
 tummodo primogenita vitulorum, & pri-
 mogenita ouium, & primogenita capra-
 rum non redimes, quia sancta sunt. Cogit-
 ne sermo dei, ut omne masculinum, quod
 aperit vuluam, si de mundis animalibus sit,
 deo voueam, si de immundis, redimā, dans
 pretium sacerdoti. Possum respondere, &
 dicere. Quid me in vnus mensis stringis ar-
 ticulo? Quid primogenitum vocas, quem
 an fratres sequantur, ignoro? Expecta do-
 nec nascatur secundus. Nihil debeo sacer-
 doti, nisi & ille fuerit procreatus, per quem
 is qui ante natus est, incipiat esse primoge-
 nitus. Non'ne mihi ipsi apices loquentur,
 & me stultitiæ redarguent, eum esse di-
 ctum primogenitum, qui aperiat vuluam,
 non qui habeat & fratres? Hactenus Hie-
 ronymus tam eleganter & eruditè, vt vix
 alios libeat nostræ sententiæ accommo-
 dare. Verum quid sibi voluit Ioannes cum
 dixit: Post hæc descendit Capharnaum ip-
 se, & mater eius, & fratres eius? Num ha-
 bebat christus alios fratres è virgine na-
 tos? Absit. Sed, sicut diuus Hieronymus
 erudite docet, quatuor modis in scriptu-

Ioan. 2.

Hierony. sus-
pra in Heli-
uid.

ris

ris diuinis fratres dicuntur. Natura, gen- Quatuor mo-
 te, cognatione, affectu. Natura, Esau, la- dis in scriptu-
 cob: duodecim patriarchæ: Andreas & ra fratres de-
 Petrus: Iacobus & Ioannes. Gente, qua o- ci.
 mnes Iudæi fratres inter se vocantur: vt Natura.
 in Deuteronomio: Si autem emeris fra- Gente.
 trem tuum, qui est Hæbreus, vel quæ est Deute. 15.
 Hæbrea, seruiat tibi sex annis, & septi-
 mo anno dimittes eum liberum abs te. Et
 in eodem: Constituendo, constitues super Deute. 17.
 te principem, quem elegerit dominus deus
 tuus: eum qui ex fratribus tuis sit. Non
 enim poteris constituere super te homi-
 nem alienigenam: quia non est frater tuus.
 Et rursus: Ne viso vitulo fratris tui, vel Deute. 22.
 oue eius errantibus per uiam, negligas ea.
 Reuersione reduces ea fratri tuo. Quod
 si non appropinquat frater tuus, neque no-
 ueris eum, colliges ea intra domum tuam:
 & erunt tecum, donec quærat ea frater
 tuus, & reddes ei. Et apostolus Paulus: Roma. 9.
 Optabam, inquit, ego ipse anathema es-
 se à Christo pro fratribus meis, cogna-
 tis secundum carnem, qui sunt Israëlita.
 Porro cognatione fratres uocantur, qui Cognatio.
 sunt de una familia: id est patriæ. Quas

DE VIRGINITATE

- Gene. 13.** Latini Paternitates interpretantur: cum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in Genesi. Dixit autem Abraham ad Loth. Non sit rixa inter me & te: & inter pastores meos & pastores tuos, quia omnes **Ibi.** fratres nos sumus. Ibi'que. Et elegit sibi Loth regionem Iordanis, & eleuauit Loth ab Oriente, & discesserunt unusquisque à fratre suo. Et certe Loth non est frater Abrahamæ, sed filius fratris eius Aran, Thara quippe genuit Abraham, & Nachor, & Arã.
- Gene. 11.** Et Aran genuit Loth. Et rursus: Abraham autem erat annorum septuaginta quinque, & cū exiret de Chariam. Et sumpsit Abraham Saram uxorem suam, & Loth filium fratris sui. Quod si adhuc dubitas fratrem, fratris filium nūcupari: accipe exemplum.
- Gene. 12.** Cum autem audisset Abraham, quia captiuus ductus est Loth frater suus, numerauit vernaculos suos trecentos decem & octo. Sed ne longum faciam, ad extremam diuisionis partem reuertar, id est, & affectu fratres dici, qui in duo scinditur, in spirituale, & in commune. In spirituale: quia omnes Christiani fratres uocantur. **Vt ibi.** Ecce quã **Psal. 132.** bonum & quã iocundum habitare fratres in

in vnum. Et in alio Psalmo saluator: Nar- Psal. 21.
 rabo, inquit, nomen tuum fratribus meis.
 Et alibi. Vade dic fratribus meis. Porro in
 cōmune: Quia omnes homines ex uno pa- Ioan. 20.
 tre nati, pari inter nos germanitate coniun-
 gimur. Dicite, ait, his qui oderunt uos, fra-
 tres nostri estis. Et Apostolus ad Corinth. I. Cor. 5.
 Si quis frater nominatur fornicator aut aua-
 rus, aut Idolis feruiens, aut maledicus, aut
 ebriofus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibū
 sumere. Et cætera his similia. Interrogo
 nunc, iuxta quem modum fratres domini in
 euangelio intelligas appellari: Iuxta natu-
 ram? Sed scriptura non dicit: Nec Mariæ
 eos uocans filios, nec Ioseph. Iuxta gentē?
 Sed absurdum est, ut pauci ex Iudæis uocati
 sint fratres: cū omnes qui ibi erant hac le-
 ge Iudæi, fratres potuerint appellari. Iuxta
 affectum humani iuris ac spiritus? Verū si
 sic, quī magis fratres quam Apostoli, quos
 docebat intrinsecus: quos matres uocabat,
 & fratres? Aut si omnes, quia homines, fra-
 tres, stultum fuit nuntiari quasi proprium.
 Ecce fratres tui quærentes te: cū generali- Luca. 8.
 ter omnes homines, hoc iure sint fratres.
 Restat igitur, ut iuxta superiorem exposi-
 tionem,

DE VIRGINITATE

tionem, fratres intelligas eos appellatos, cognatione, non affectu, non gentis priuilegio, non natura. Quomodo Loth Abrahæ: quomodo Iacob, Laban est appellatus, frater: quomodo & filiæ Salphaad accipiunt clerum inter fratres suos: quomodo & Abraham ipse Saram sororem, suam habuit uxorem. Hactenus Hieronymus. Nec alio indigemus doctore quo ista facilius explicentur. Hæc usque adeo iam nobis aperta sunt, ut nemo, nisi qui sponte brupescat, negare possit. Verum perge, charissime, perge, & si quidpiam aliud superest, quod animum tuum premat atque perturbet, in medium adducito. Digna enim tuis dictis responsa dabuntur, ex refertissimo sanctorum antiquorum penu.

Res fidei demonstratione dialectica probari non posse: Et virginem ante partum fuisse Mariam quinque rationibus suasorijs ostendi. Cap. X.



Absolui hactenus (neophyte studiose) diligenterque interpretatus sum, quæ prima fronte, inter concionandum, subobscura tibi, ac difficiliora visa sunt loca: Potuissemque in eis paulo liberius immorari, nisi animus meus, temporis angustia pressus, ulterius ad scopum

scopum nobis initio orationis præfixum, me progredi admoneret. Scio tamen in his quæ dixi, me nō infructuose egisse: quippe cū certò sciam, necessum omnino esse, in omni scientiarū genere, tollere ambigua, referare cōclusa, ac certa methodo ueritatem ipsam edocere: edoctā uerò, aliquot rationibus, uel certe suasionibus cōfirmare. Priora iam præstiti, ultima autē à meipso petenda sunt. Atqui res fidei sacrę, rationē naturalē, omnemq; sensum ita exuperāt, ut captiuare oporteat intellectū nostrū in obsequium fidei: Per quā nos hīc credimus, quæ aliquādo uisuros speramus. Iuxta illud ap̄li dictū. Videmus nūc per speculū in ænigmate, tūc autē facie ad faciem. Quocirca qui putāt res fidei, posse naturali ratione ac demōstratiua probari, tota prorsus errant uia, in mediāq; luce, uespertilionū more, cæcutiunt. Si quæ tamē sunt rōnes (autor est beatus Thomas) quæ adducūtur à sanctis ad probandum ea quæ sunt fidei, nō sunt demōstratiuæ, sed p̄suasiones quędā manifestātes, nō esse impossibile id, qđ in fide proponit̄: aut certe procedunt ex principijs fidei, puta ex autoritatibus sacrę scripturę, ut docet B. Dionysius.

1. Cor. 13.

S. Thomas.
2. 2. qđ. 1.
ar. 5. ad 2.Diony. 2. c.
de diui. no.

Quæ

DE VIRGINITATE

Quæ quidem rationes suasoriae eo animo adductæ, bifariam considerantur ad meritum, ut autor etiã est. S. Thomas. Vno nempe modo sicut præcedens, puta, cùm aliquis aut tantum haberet uoluntatem, aut nõ haberet propriam uoluntatem ad credendũ, nisi ratio naturalis humana induceretur. Sic humana ratio inducta, meritũ fidei minueret. Nam, ut uerbis diui Gregorij Papæ utar, diuina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis. Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Altero autem modo se habet ratio humana ad uoluntatem credentis, cõsequẽter. Cum enim homo habet promptã uoluntatem ad credendum, diligit ueritatẽ creditam, & super ea excogitat & amplectitur, si quas rationes ad hoc inuenire potest. Et quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei, sed est signũ maioris meriti. Imò & sanctissimus Petrus putabat hoc maxime pertinere ad christum sanctificadum in cordibus nostris. Christũ, inquit, sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem, de ea quæ in uobis est fide, & spe.

Hoc

S. Thomas.
2. 2. q. 2.
arti. 10.

Grego. Homil.
26. super
Euang.

1. Petri. 3.

Hoc igitur proprium est concionatoribus, rationes, inquam, aliquot indagare, ac suasiones non contemnendas, figuras, autoritates, similitudines, sanctorumque sententias inquirere, ut ea quæ fidei sunt, explicentur. Exemplo seruatoris nostri, qui sæpe parabolis, tropis, ac ænigmatibus usus, diuina mysteria exponebat: non quasi uellet hæc, aliqua demonstratione probare, sed pietatē audientium augere: nō uirorum pijsissimorum merita diminuere, sed omnes in sua fide utilius confirmare. Tantum ergo ipse præceptorem secutus, non potui in ea concione, animum meum, usque adeo temperare, quin pro singulari in deiparam Mariam pietate, linguæ non laxaret habenas, ad ipsius purissimam uirginitatem extollendā: Et pro tātæ rei dignitate, iuxta ingenij paruitatem, amplissimam rationum, autoritatum, figurarum, similitudinumque supellectilem auditoribus fidelissimis exponere laboraui. Missus est, inquit, angelus Gabriel Luce. I. ad uirginem despōsatam. O sacramentum omnibus nominibus admirandum! O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei! Rom. I I. quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inue

DE VIRGINITATE

& inuestigabiles uiã eius! Venturus erat filius unigenitus patris in mundum. Homo uerus futurus erat: Nasci de muliere ante secula multa promisit: & eam nõ corruptã, sed uirginẽ eligit? O ineffabile opus. Quorsum, inquis, tantæ nouitatis mysteriũ? Sane hoc ipsum suæ diuinitatis firmissimum argumentum. Abeat Cirinthus ac eius ineptissimus discipulus Hæbion, qui Christum purum hominem arbitantes, de utroq; sexu natum eum, haud uerentur fateri. Quorum meminit maleus ille hæreticorum Augustinus libro de hæresibus ad Quod uult deum, ex Philastro episcopo Brixensi in cathalogo hæreseon. Hæbion (inquit Philastrus) discipulus Cirinthis in multis ei similiter errans, saluatorem nostrum hominem de Ioseph natum carnaliter estimabat. Hæc ille. Sed primum, charissime, utiliter inuestigemus, decuerit'ne filium altissimi ex matre ante partũ uirgine nasci? Decuit sane propter quatuor rationes. Quas breuiter quidem, sed erudite proponit sanctus Thomas Dominicæ familiæ vnicum ornamentum.

I. Prima ratio, quorsum Angelus ad Mariam, nõ qualẽcunq; sed uirginem mittitur,

Aug. de hærese. ad Quod. hære. 8. et 10. Tom. 6. Philastrus.

S. Thom. 3. p. q. 28. ar.

I. Prima ratio.

titur, est, Propter mittētis patris dignitatē
 conseruandā. Cū enim christus sit verus, &
 naturalis dei filius, decuisset hunc, patrem
 alium habere, quā deum? Absit, ne dignitas
 dei patris transferatur ad alium. Hinc est, q̄
 pater semel atque iterū confessus est illū in
 filium vnigenitum, dilectū, & paternæ sub-
 stantiæ figuram. Hic est, inquit, filius. cuius
 obsecro? Meus, Non'ne alterius patris? Mi-
 nime? Nam ex vtero ante luciferum genui
 illum. Et ad filium apertius: Filius meus es
 tu, ego hodie genui te. Ego, inquit, non a-
 lius mecum. Quod apertō confessus est fi-
 lius, cum matri quærenti, & cur sic illis fe-
 cisset sciscitanti, Nesciebatis, inquit, quia
 in his, quæ patris mei sunt, oportet me es-
 se? quem patrem intelligit? Deum verum,
 cuius causas agebat filius, usque dum sa-
 lutem esset operaturus in medio terræ.
 Ioseph autem pater erat christi, non ve-
 rus, sed nutritius, aut vt alij dicunt le-
 galis, aut putatiuus. Ideo Lucas, inquit:
 Et ipse Iesus erat incipiens quasi anno-
 rum triginta: vt putabatur filius Ioseph.
 Altera congruentiæ causa, sumitur ex
 proprietate ipsius filij, qui mittitur: qui
 quidem

Matth. 17
 & Luca. 3.

Psal. 109.

Psal. 2.

Luca. 2.

Abach. 3.

Luca. 3.

Altera rae
 tio.

DE VIRGINITATE

quidem est dei uerbum. Verbum enim absque omni corruptione cordis concipitur: quinimo cordis corruptio perfecti uerbi conceptionem non patitur. Quia ergo caro sic fuit à verbo dei assumpta, ut esset caro uerbi dei, conueniens fuisse nemo ambigit, etiã ipsam sine matris corruptione concipi: ut sic qui patrem in coelis incorruptum habebat, similitudine quadam, matrem in terris incorruptionis decoraret honore. Tertia huiusce dignitatis ratio petitur ex dignitate humanitatis ipsius christi, in qua locum peccatum habere nõ debuit, per quã peccatũ mundi tollebatur: iuxta illud Ioannis copiosissimũ testimoniũ. Ecce, inquit, agnus dei, nimirum innocens, qui tollit peccatum mundi. Non poterat autem esse, ut in natura corrupta, ex concubitu caro nasceretur sine infectione originalis peccati. Quod testimonio, D. Augustini facile comprobatur dicentis, Solus nuptialis concubitus ibi nõ fuit, in matrimonio, inquam, Mariæ & Ioseph: quia in carne peccati fieri non poterat sine ulla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato. Ad hæc propter finẽ incar

Tertia ratio.

IOAN. I.

Augu. in lib.
I. de nupt.
& concup.
capi. 12. To
me. 7.

Quarta ratio.

incarnationis christi decens omnino fuit: quæ ad hoc fuit, ut homines renascerentur in filios dei, non ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo, hoc est, dei uirtute. Cuius rei admirabilis, exemplar præcessisse oportuit in ipsa seruatoris nostri cōceptione. Testis est beatus Augustinus. Oportebat, inquit, caput nostrū insigni miraculo, secundum corpus nasci de uirgine: ut signaret membra sua, de uirgine ecclesia secundum spiritū nascitura. Sola ergo Maria, & spiritu & corpore, & mater et uirgo. Et mater christi & uirgo christi: Ecclesia uerò in sanctis regnum dei possessuris, spiritu quidem tota mater christi, tota uirgo christi. Hæc ille. Nec rursus alius supererat modus quo posset homo in hanc uitā prodire, nisi iste duntaxat, quo de uirgine natus est dominus. Intrauit nanque in hanc uitam primus homo, sine uiro & muliere. Venit Eua de uiro solūm, non de muliere. Cæteri omnes per uirum pariter & mulierem generantur. Ultimum autem hunc modum dei filius sibi soli referuauit, quo uidelicet de muliere uirgine sine uiro possibile fuit deo hominem producere. Hoc quartū

N

genus

Aug. in li. de
Sanct. uirginis
nita. cap. 6.
Tom. 6.

Quinta ratio.

DE VIRGINITATE

genus generatiōis admirabile: hoc deo ma-
ximo decens: hoc nostræ salutis indicium:
hoc reuersionis ad cœlum tutissimum i-
ter. Scito (inquit dominus dilecto suo A-
brahæ) prænoscens: quia peregrinum fu-
turum sit semen tuum in terra non sua. Ge-
neratione autē quarta reuertetur huc. Quò
reuerfurus erat homo post exilium suum
in cœlū profectò, propter quod creatus est.
Quo nam tempore reuertetur eo? In gene-
ratione, ait dominus, quarta. Puta cùm uir-
go concipiet & pariet filium, & uocabit̃ no-
mē eius Emanuel. Hoc est, nobiscum deus.
Ipse enim nobiscum agens, dux erit qui re-
get populum suum in uirga ferrea, donec
introducat illum in terram suam fluentem
lac & mel.

Virginitas Mariæ in partu & post partum ra-
tionibus & figura Ezechielis ostenditur

Cap. XI.



Non dubitasse te, deiparam no-
stram ante conceptū filij dei
uirginē fuisse: eamq; dum fi-
liū excelsi cōciperet, illefovir-
ginitatis honore incorruptā
permāsisse certò scio. Si quidē & natura no-
uit,

uit, etsi raro, absq; maris opere, quæ adhuc integra erat, in balneis, miro quodã matricis uirtutis attrahentis artificio cõcepisse. Quid putas Maria dei mater uirtute sancti spiritus potuisset? Hoc te docuit abunde illud Euangelici prophetae uaticinium. Propter hoc, inquit, dabit dominus ipse uobis signum. Quale signum, o Esaias? Non uulgatum, non usu detectum, non uisu cõprobatum. Quale ergo? Ecce uirgo concipiet. Corruptas etenim cõcipere, uisitatum est, ac in dies experimur: at uirginem concepisse, nouũ, rarũq; signũ, ac admirabile fuit. Adhuc etiã & post partũ filij integrã, incorruptã, inuiolatã, illẽsam, & à nemine cognitam confiteris: In partuq; uirginẽ & signatam non ambigis. Verũ tuam pietatem adaugere desidero, non meritum exinanire: uirginitatem Marię laudibus summis attollere, non demonstrationibus probare laboro. Ita ergo se habet res, uirginitas in dei matre nusquã uiolata fuit. At num in partu filij sui permanserit uirgo, pietate quadam inuestigemus. Decuit sane matrẽ dei nutu suo cũcta regentis, quiq; dicit & facta sunt, in partu uirginem, iuxta uaticinium

Esa. 7.

DE VIRGINITATE

Esa. 7.

Esaic, permanere. Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet filium. Hoc enim est signū, hoc certe miraculum, nam uirginem concipere, mirum fuisset, sed non supra naturam: cæterum uirginem peperisse, hoc nouū, inauditum, inusitatum, inuisum, incognitum signum, & tanti filij dignitatis ostensiuum: hoc à domino promissum, hoc in sua matre, & domina nostra, mirabiliter completum: hoc ab angelo annuntiatum, hoc à sanctissima Maria humiliter, ac fideliter creditum. Virginitatem in partu manere, natura negat, experientia nescit, at ipsam cum maternitate copulari gratia concedit. Nam partus & integritas discordes tempore longo, uirginis in gremio fœdera pacis habēt. Hactenus discordantia dona, sed in uirgine Maria fœdere quodam diuino pacem habētia, post ipsam uerò, similiter dissonantia. Vnde in quodam sermone concilij Ephesini legitur. Natura post partum, nescit ulterius uirginem: gratia uerò & parientem ostendit, & matrem facit, & uirginitati nō nocuit. Num & istud ratio postulat? Postulat quidem ratio triplex, præter fidem. Nam

4. 2 8. ar. 2 prima est (autor est beatus Thomas) quia hoc

Sermo cōci.
Ephē.

S. Tho. 3. p.
4. 2 8. ar. 2

hoc summopere cōpetebat proprietati eius
 qui nascebatur, qui est uerbum dei. Verbum
 quippe non solū in corde absque corru-
 ptione concipitur, sed etiam absque aliqua
 corruptione ex corde procedit. Vt igitur
 ostēderet illud esse corpus ipsius uerbi dei,
 conueniens omnino fuit, de incorrupto uir-
 ginis utero mirabiliter nasci. Vnde in quo-
 dam sermone concilij Ephesini adhuc legi-
 tur. Quæ parit carnem puram à uirginitate
 cessat: sed quia natum est caro uerbum, deus
 custodit uirginitatem, seipsum ostendēs per
 hoc uerbum. Neque enim nostrum uerbum
 cum paritur, corrumpit mentem: neq; deus
 uerbum substātialem partem eligens, per-
 emit uirginitatem. Alterā huius cōuenien-
 tiæ rationem effectus incarnationis christi
 demonstrat. Nam ideo uenerat, ut nostram
 corruptionem tolleret, idcirco, conueniens
 fuisse nemo non nouit, uirginitatem matris
 nascendo conseruare. Vnde Augustinus,
 Fas, inquit, non erat, ut per eius aduentum
 uiolaretur integritas, q̄ uenerat sanare cor-
 rupta. Cui iungimus diuum Bernardū di-
 centem, Voluit autem benignus & prudēs
 artifex deus, quod in primis parentibus fra-

Prima rati-
 o.

Sermo cōci.
 Ephe.

Secunda rati-
 o.

Augusti. ser-
 mone. 6. in
 natali domi-
 ni. Tom. I O
 Bern.

DE VIRGINITATE

Et cum fuerat, reficere, non omnino quassare.
 Quia iuxta uerbum prophetae, quassatam
 arundinem non contriuit, & lignum fumi-
 gans non extinxit: sed nouum Adam repa-
 rauit ex veteri, & matrem in filiã reforma-
 uit. Sic exhibuit originali malo, per bonum
 originale, remedium: uolens ex uirgine na-
 sci, ut renasceremur in eo, qui eramus ex
 prima natiuitate corrupti. Tertio id fuisse
 conueniens honori matris apertò monstra-
 tur. Qui enim uenerat non soluere legem,
 sed adimplere: quiq; præceperat parentes
 pro uiribus honorandos: non abstulit à ma-
 tre, qđ ipsa corde & animo diligebat, quin-
 imo sancti spiritus ope, perfectius confirma-
 uit. Cùm enim beatissima uirgo intellige-
 ret deum esse uirginitatis ac pudicitiae ama-
 torem, prima, sponte sua, uirginitatis votũ
 emisit, ut iuxta Dauidis uaticinium addu-
 ceretur regi uirgines post ipsam. Ideo nãq;
 (ait Augustinus) annuntianti Angelo Ma-
 ria respōdit: Quomodo fiet istud quoniam
 uirum non cognosco? Quod profectò non
 diceret, nisi prius se uirginem deo uouisset.
 Verùm quia tempore legis, ait Thomas,
 oportebat generationi inuiscere, tam mulie-
res,

Tertia ratio.

Matth. 5.

Exod. 20.

Mar. 7.

Psal. 44.

*Augu. in lib.
de sancta uir-
gi. capi. 4.
Tom. 6.*

S. Thom. sup

pra. art. 4.

res, quàm uiros: (quia secundum carnis originem, cultus dei propagabatur, antequam ex illo populo christus nasceretur) mater dei non creditur, antequam desponsaretur Ioseph, absolute uirginitatem uouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum uerò accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum uirginitatis emisit. Non enim dicendum est (ut Hilarius asserit) Ioseph sanctissimum, uirginis Mariæ matris dei sponsum, alios ex priore coniugio filios suscepisse: quin potius ipsum credimus semper ante & post coniugium sanctæ Mariæ uirginitatis & pudicitiae custodem fuisse, ut placet diuo Hieronymo, aduersus Heluidium hæc uerba dicenti. Possumus hac æstimatione possibilitatis contendere, plures quoque uxores habuisse Ioseph, quia plures habuerit Abraham, plures habuerit Iacob, & de his esse uxoribus fratres domini, quod plerique non tam pia, quàm audaci temeritate cōfingunt. Tu dicis Mariam uirginem non permansisse, ego mihi plus uendico, etiam ipsum Ioseph

Hilarius Homil. I. in Matth.

Hiero. supra in Helui.

Virgo fuit
B. Ioseph.

virginem fuisse per Mariam, ut ex uirginali coniugio, virgo filius nasceretur. Si enim in uirum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum uxorem habuisse non scribitur; Marię autem, quam putatus est habuisse, custos potius fuit, quàm maritus: relinquitur eum uirginem cum Maria mansisse, qui pater domini meruit appellari. Hactenus ipse. Quare quod ipsa, pietate quadam & religione deo promiserat, decuit haud dubie ab ipso deo cōseruari, nō minui, sed augeri, nō profanari, sed sacrari. Merito igitur in partu, Maria uirgo permansit, ut gaudium matris habeat cum uirginitatis honore. Quid amplius, Neophyte amantissime, quæris? Placent, inquis, hæc quæ diximus: gaudes gratiam superasse naturam in partu. O mirares! O uirginitas noua! O uirginitas Angelorum superior puritate. Virgo est Maria antequam sponsa: uirgo simul & spōsa: uirgo dubitata à sponso, uirgo credita à spōso: uirgo ab angelo salutata, à prophetis nuntiata, & à sanctis honorata: uirgo ante partum, uirgo in partu, uirgo post partū: uirgo concipiendo, uirgo pariendo, uirgo moriendo: uirgo deo, uirgo angelo, uirgo homi

homini. Dicit Augustinus, laudet Augustinus, pronat ipse, audiamus ambo, intelligant cuncti. Castissimum, inquit, Mariæ uirginis uterum, sponsi uirginis clausum uentris cubiculum, filij uirginis signaculum, merito plenissime collaudarem, si messem meterem, quam non seminarem. Denique sic Apostolus dicit: Quæcunq; seminauerit homo, hæc & metet. Verum est, omnino uerum est, hæc omnem hominem metere quæ seminauerit, sicut ipse filius uirginis in quadam lectione euangelij ait. Meto, inquit, ubi non seminavi, & colligo ubi non sparsi. Dicit solus hodie natus ex uirgine filius Mariæ. Meto ubi non seminavi, & colligo ubi non sparsi. Dicit Maria. Et ego te filium generavi, & uirginitatem meam non uiolaui. Regnum teneo uirginitatis, & regem genui castitatis. Ingredientem, & egredientem habui in palatio uentris filium imperatoris, & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cæli, ianua facta sum filio dei. Illa porta facta clausa, quam in uisione diuina Ezechiel uidit propheta domini, de qua in me dicit prophetizans. Vidi portam in domo domini clausam, & dixit ad

Aug. sermo.
18. in natali
domini. To
mo decimo.

Gala. 6.

Matth. 25

Virgo post
partum Ma
ria.

Figura Eze
chiel. 44.

N 5 me

DE VIRGINITATE.

me Angelus, Porta hæc quã uides, nõ aperiatur, & homo non trãsibit per eã, & clausa erit in æternũ. Sed mirabilior prophetiæ adimpletio. Quid est porta in domo domini clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta? Et quid est, homo nõ transibit per eam, nisi quia Ioseph nõ cognouit eam? Et quid est quòd dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quia spiritus sanctus imprægnauit eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quia erit Maria uirgo ante partũ, uirgo in partu, uirgo post partum? Dicat ergo Maria: Porta facta sum cœli, ianua facta sum filio dei. Illi facta sum ianua clausa, qui post suam resurrectionem ingressus est per ostia clausa: qui ingressus est paruus ad suos crucifixores, ad discipulos autem suos clauso cœnaculi ostio, ingressus est claustra. Qui natus est de uentre meo, me matrem dimisit intactam. Adimpleuit uentrem meũ diuinitate, & uterum meum non euacuauit castitate. Exiuit de uentre meo, giganteo cursu magnificus, & uenter meus non est pudore uacuatus, nec in conceptione inuẽta sum sine pudore, nec in parturitione inuẽta sum cum dolore. Hæc Augustinus. O miræ pie

ræ pietatis affectus! O inæstimabilis ardor
 charitatis! Quis ante tantæ pietatis diui-
 tias non obstupescat? Quis ante tam inef-
 fabilem charitatem nõ contremiscat? Quis
 vnquam posset sperare, vt ex deo ante
 tempora natus, nasceretur in tempore, pro
 hominibus, ex fcemina factus homo? Ec-
 ce igitur domina nostra, virgo illum con-
 cepit, virgo peperit, virgo post partum
 quem genuit adorauit: deum'que tam lon-
 go iratum tempore, sua virginitate pla-
 cavit. Rhinoceros enim, vel certe Mono-
 ceros, quem nos vnicornem appellamus,
 tantæ esse fortitudinis dicitur, ut nulla ve-
 nantium virtute capiatur. Sed sicut hi af-
 ferunt, qui describendis naturis anima-
 lium laboriosa inuestigatione sudarunt:
 virgo ei puella proponitur, quæ venien-
 ti sinum aperit, in quo ille omni feroci-
 tate postposita caput deponit: sic'que ab
 eis à quibus capi quæritur, repente velut
 inermis inuenitur. O tremenda ante ple-
 nitudinem temporis, omnipotentis dei fe-
 rocitas, Deus, inquit David, vltionum do-
 minus, deus vltionum libere egit. Rigida
 percussos ferula, miseros illius temporis
 delin

*Ferox unicolor
 nis uirginitate
 mitescit.*

Psal. 93.

DE VIRGINITATE

2. Cor. 1.

delinquentes legimus? Aperiente autē uirgine nostra sinum suū castissimum, ita Rhinoceros ille diuinus, deposita protinus sua ferocitate mitescit, ut pater misericordiarum, & deus totius consolationis ab omnibus nominetur.

Mariæ sacrosancta uirginitas Balam prophetæ testimonio, atque S. Bernardi & Augustini sententia probatur.

Cap. XII.



Ascendamus iam nunc, amantissime, in hortum amœnissimum sacrae scripturae, & placidissimos flores, odoriferasq; ipsius sententias, miro quodam amoris artificio colligamus. Virgo in plenitudine temporis filium concepit æternum, sed uirgo ipsa ante tria annorum millia conceptura prædicatur. Orietur, inquit Balam, stella ex Iacob, Verè Maria stella maris ac fulgentissimū cœleste sydus dicitur. Loquamur pauca, inquit Bernardus, & super hoc nomine, Maria, quod interpretatum maris stella dicitur: & matri uirgini, ualde conuenienter aptatur. Ipsa nanq; aptissime syderi comparatur; quia sicut sine sui corruptione sydus,

suum

Num. 24.

Bern. Homil.
2. super mis-
sus.

Similitudo.

suum emittit radium, sic absque sui læsione
 uirgo parturit filiū. Nec syderi radius suā
 minuit claritatem: nec uirgini filius suā inte-
 gritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella
 ex Iacob orta, cuius radius vniuersum or-
 bem illuminat: cuius splendor, & præful-
 get in supernis, & inferos penetrat. Hæc il-
 le. Vere autem ex Iacob dicitur stella esse
 exorta: quum regali & patriarchali, & sa-
 cerdotali, atq; prophetali ex progenie nata
 sit uirgo Maria, Quoniam licet multæ filie
 Iacob congregauerint sibi diuitias hæc su-
 pergressa est abundantius uniuersas. Aliæ
 enim aut sola uirginitate, aut sola materni-
 tate honorabantur: hæc autem singulari
 quodam dono uirginitatem cum materni-
 tate copulauit. Quidni? Non'ne filius exi-
 mitur ab illa hominis generali sententia:
 Puluis es, & in puluerem reuerteris? Haud
 dubie. Quoniam regius Psaltes quid aper-
 tius canebat? Non derelinques (personam
 agit christi) animam meam in inferno, nec
 dabis sanctum tuum uidere corruptionem.
 Cùm igitur non sit bonum hominem esse
 solum, sed in redemptionis gratia futurum
 esset adiutorium simile sibi: placuit ei, qui
 segre-

Prou. ult.

Gen. 3.

Psal. 15.

DE VIRGINITATE

segregat perfectos à malis, virginē sanctissimam, matrem suam futurā, ab eis quæ matri Euæ maledicens dixit, singulari privilegio femouere. Quemadmodū elegantissimus Augustinus dicebat. Post hæc, inquit, quæ Adæ dicta sunt de quibus excipit Mariæ filius, cōtuenda sunt quæ etiā Euę dicta sunt, si cūctis fœminis generalia sint, et si in aliquo excipiat Maria. Scriptū quippe est: Mulieri quoq; dixit deus: Multiplicabo ærūnas tuas, & cōceptus tuos. In dolore paries filios et sub uiri potestate eris, et ipse dominabitur tui. Erūnā Maria sustinuit, cuius animā gladius passionis christi pertrāsuit: sed cōceptus nō multiplicauit, nec sub uiri, idest mariti potestate deguit, quæ integerimis uisceribus de spiritu sancto christum suscepit, & uirginitatis integritate manēte, uirgo permanfit. Quē quia sine peccati colluione, & sine uirilī admīstionis detrimento suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis uiolatione, cum pudore uirginitatis integra permanfit. Hoc enim potuit efficere de matre, qui sic elegit nasci deus de homine. Maria ergo etsi communicat crūnis Euæ, non communicat parturiendo cū dolore.

Augusti. sermo. 1. de assumptione. Maria. Tomo. 10.

Gene. 3.

dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius, & singularis gratia, quæ susceptione dei singulariter æstimata est digna. Hactenus Augustinus, Quod si dictū illud Balam hactenus non satis fecit, audi sapientissimum Salomonem tria sibi difficilia profitentem, sed quartum penitus ignorantem. Vestigia aquilæ volantis, Vias serpentis super petram, Et semitas nauis nauigantis, Et uias uiri in iuuentute. Quod (omnibus ex Hæbreo uertentibus) sonat viā uiri, nēpe, filij dei, in adolescētula nostra Maria semper uirgine. Hæc se nescire testatur ille propheta Salomon: qui ut primū transcriptis infantiaē rudimentis, annos iuuentutis ingressus est, in quib⁹ posita adhuc infirma ætas, quem cursum uitæ diligat, nutat in certa: nihil aliud à deo, quàm sapientiā postulauit. Sic enim ipse in libro sapiētiæ suæ, se dominū omnipotentē deprecātū fuisse cōmemorat. Da mihi, inquit, sediū tuarū astitricē sapientiam, vt sciā dispositionē orbis terrarum, virtutes elementorum, initium & cōsumationē & medietatem omnium rerū, diuisiones & mutationes tēporū, anni cursus, & dispositiones stellarū, naturas animalium, & iras

Prouer. 30

Ex Ambro.
li. de Salomone.
Tom. 4.Sapient. 7.
6.9.

& iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominum, differentias arborū, & uirtutes radicum. Et quæcunq; sunt absconsa, & improuisa didici, omnium enim artifex docuit me sapiētia. Et quidem dilectissime frater, tam locuples possessor sapientiaē Salomō, cum omnia cognouisset, quæ in arcanis abditarum dispositionum tenebantur absconsa, hæc sibi impossibilia esse prætendit. Qui rerū omniū causas nouerat, quod principium rerum, quis finis, & quæ essent media colle. Quem iterū diuisiones & mutationes temporum non latebant, qui comprehenderat qualiter sibi annorum mutua uicissitudo redeunte orbe succederet: mirū q; ista quæ sibi impossibilia esse dicit, aut scire non potuit aut uidere. Sed quia omnia quæ in libris prophetarum annuntiatione congesta sunt, suis sunt temporibus reserua-
ta, merito Salomon ante aduentum domini nostri Iesu Christi, quid aquila uolans, quid serpens in petra, quid nauis nauigans, quid iuuenis uia in iuuentute esse, scire non potuit. Adhuc nō erat tēpus, quo umbra corpus fieret, aut ueritas de figura. Nobis uerò quibus dominus noster Iesus christus ostendit,

dit, quòd omnia de ipso essent in lege con-
 scripta, quibus aut nihil est occultum, quod Matth. 10
 non reueletur, & posteaquã signatum illum
 septem sigillis librũ nemo alter potuit re- Apoca. 5.
 ferare, quàm christus, permissum & indul-
 tum est nobis, ut omnia et uidere possimus,
 & nosse, sicut ipse dominus ait: Pater qui Matth. 11.
 abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti
 ea paruulis. Et iterum. Vobis datũ est nosse Lucæ. 8.
 mysterium regni dei, cæteris autem in para-
 bolis: Quæ ideo retuli, ut non tam Salomo-
 nem quòd non potuisset scire, reprehende-
 rim, quã qd non fuisset tẽporis ut sciret. Sed
 iam ne proposita quæstio diutius differatur,
 pauca tibi in sequẽtibus, quæ ita in quæstio-
 nem ueniunt, propitio deo nostro, cogitau-
 exponere.

Ex Salomonis testimonio uirginitas. S. Mariæ
 colligitur, & quæ sint illa tria difficilia, & quartum
 quod penitus ignorabat, exprimitur.

Cap. XIII.



Ria sunt, inquit, impossibilia
 scire, & quartum quod peni-
 tus ignoro, uestigia aquilæ
 uolantis & cætera. Quis enim
 vnquã potuit ista cognosce-

O res

DE VIRGINITATE

res? Quasi uerò sit facile ut suspensa aquila in altum cœli, elatione pennarum, plausus sui, & lapsus uestigia manifesta constituat, aut uiam signet in uacuo, & lineam sui uolatus ducat, figat in liquido? Quis cursum nauis deprehendat in fluctibus? Quis iudiciũ eius, per quos ageres & limites feratur, intelligat? Crebra semper & inquieta mutatio, dũ undis sequacibus aut obruitur quod præcessit, aut opprimitur quod secutũ est. Quis in petrã signũ aliquod serpētis agnouit, cũ & materia sit dura faxorũ, & lubrica natura serpētũ? Aut quomodo possunt uia viri in iuuentute cognosci, qui unde ueniat, aut quò eat, nõ potest deprehendi? Sed quid ista significant iã attende. Aquilã in hoc loco christum dominũ debemus accipere, qui post uenerandã resurrectionẽ, uelut aquila reuolauit ad patrẽ, prædã secũ referẽs, idest hominẽ quẽ rapuerat de faucibus inimici.

Ezech. 1. Hæc est aquila, quã Ezechiel propheta in illam quadriformẽ sedẽ, & Cherubin uidisse se retulit inter animalia, quæ mysticũ uehiculũ rotis iuncta portabant. Hæc est aquila

Psal. 102. de qua regius Psaltes, renouabitur sicut aquila iuuentus tua. Nã ut aquila colona, quasi

ita

Aquila christus.

Ezech. 1.

Psal. 102.

ita mater nidi semper unius est, nec ad pro-
 creandā sobolē aliud aliquando cubile per-
 quirat, & cum primū calidis ouis maturo or-
 tu foet⁹ eruperit interior, pullos educit im-
 plumes: hos cōtra faciem feruidi Solis op-
 ponit, ut qui ægram & inualidam corusco
 radiorum appulsu, aciem submiserit oculo-
 rum, materno damnatus arbitrio, & à fra-
 trum consortio separetur, & deiciatur in
 terrā. Et sicut avis ista inimica serpentum
 est, quos cum in aëre alarum remigio sub-
 uectando supportat, hos obunco rostro, &
 armatis quasi quibusdam telis pedibus suis,
 lacerat, ac diuellit: quos cum deuorat, calo-
 re suo interno noxiū illud virus extinguit.
 Ita ergo & christus dominus unam diligit
 ecclesiam, ut aquila nidum suum, quam ab
 æstu persecutionis, alarum suarum defen-
 dit umbraculo. Sic quoque extra ecclesiam
 proicit in quibus fidei lumē infirmum est,
 qui igneam euangeliorum lucem uitijis secu-
 laribus inquinati, ferre non possunt. Et ut
 aquila serpentes deuorat, et eorū uenena ca-
 lore coquit interno: ita & christus dominus
 noster percusso Dracone, idest, diabolo la-
 cerato, dum humanum sibi corpus assumit,

*Similitudo
aquilæ.*

*Altera Aquilæ
proprietates.*

Assimilatio.

DE VIRGINITATE

Rom. 8.

2. Cor. 5.

peccatum illud quod hominē tenebat obnoxium, tāquam perniciosum virus extinxit, sicut Apostolus ait. Et de peccato dānauit peccatum in carne sua. Et rursus. Qui cū peccator non esset, pro nobis peccatum fecit. Hoc est ergo quod ait: Vestigia aquilæ volantis. Quia & si post resurrectionem suam præsentibus Apostolis, dominus noster ascendit in cælum, tamen cuius hominis tam altus sensus, & tantus est, vt explicare possit, quomodo illa tanta maiestas, de cælo aut uenire dignata fuerit, aut redire? Quis enim cognoscere potest, quemadmodum uerbum in uirgine uenerit, ut repente conciperet, ut tam felicem foetum partus uirginalis effunderet, quem totus mundus non potest nec sufferre, nec capere? Id est quod ait, uestigia aquilæ uolantis, id est, Christi domini aduenientis ad terram, ac redeuntis ad cælos, uestigia, comprehendi, enarrariq; non posse. Alterum, quod impossibile iudicabat, est: uia serpentis super petram. Videamus quid sit iste serpens: aut quæ petra, in qua serpentis uestigium non apparet. Hanc petram dominum nostrū Iesum christum esse, ambigere nō debemus. Nam

Apo

Christus petra.

Apostolus ait. Bibebant autem de spiritali
 sequente petra, petra autem erat christus.
 Et David. In petra exaltasti me. Et Moses
 in cantico Deuteronomij, Effluxit mel de
 petra, oleumq; de saxo durissimo. Serpens
 autem ex ipso nomine quod sit diabolus ap-
 paret, qui ideo serpens dicitur, q; occulte ser-
 pat, & quod sensus hominis tenuiter illabē-
 do pertentat: quos si cōuicerit, medullis se
 hominum, atq; ossibus implicat & immer-
 git. Qui in corpore hominis quod omnipo-
 tens dei filius sibi unierat, nulla malitiæ suę
 potuit imprimere uestigia, quāuis illud au-
 sus fuerit sæpe tentare: sicut ipse dominus
 in euangelio ait: uenit enim princeps mun-
 di huius & in me non habet quidquam. Si-
 cut olim Psalmographus dixit. Nihil profi-
 ciet inimicus in eo, & filius iniquitatis non
 apponet nocere ei. Hęc est ergo petra, idest,
 caro Christi, nulla inimici iniquitate resper-
 sa, in qua serpentis, idest peccati alicuius ue-
 stigia non apparet, sicut scriptum est. Qui
 peccatum non fecit, nec inuentus est dolus
 in ore eius. At quis putas nostrum erit, in
 quo peccatorum cordis, oris, & operis ue-
 stigia non cognoscantur? Adhuc quid sub-

1. Cor. 10

Psal. 60.

Deute. 32.

Serpens dia-
bolus.

Ioan. 14.

Psal. 88.

1. Petri. 2.

O

3

iungat

DE VIRGINITATE.

iungat Salomon intellige, & semitas nauis nauigantis. Nauem ecclesiam dicimus in sa-
 lo mundi istius constitutã, quæ crebris uen-
 torum fluctibus, idest, tentationũ plagis &
 uerberibus fatigatur: quam turbidi fluctus,
 hoc est, huius seculi potestas, conãtur ad sa-
 xa perducere. Quæ & si vndarum fluctibus
 aut procellis sepe uexatur, tamen nunquam
 potest sustinere naufragium: quia in arbore
 eius, idest, cruce christus erigitur, In puppi
 pater residet gubernator, Prorã paracletus
 seruat spiritus. Hanc per angusta huius mũ-
 di freta duodeni in portũ remiges ducunt,
 idest, duodeni Apostoli, & similis numerus
 prophetarũ. Mare, mũdus iste turgidus di-
 citur: in quo Hæreticorũ antra, latratu falsi
 carminis resonãt: qui suis blandiusculis uer-
 bis, ac tyrannorũ rabida persecutione, tan-
 quam alicuius Scyllæ rabidis succinti cani-
 bus, remiges fidelium mētes, aut in Scyllã,
 aut certe in Charybdim deducere nunquã
 cessant. At in ista naui Ecclesia Syrtes gen-
 tiliũ, & periculosas hereses, & scopulos eui-
 tamus. Quæ nimirũ Ecclesia, etsi quotidie
 seculũ istud, tanquã aliquod pelagus fortit̃
 infestũ, nunquã eliditur ad saxũ, nec mergi-
 tur

Nauis est ecclesia.

*Mundus as-
 similatur ma-
 ri.*

tur ad profundū. Has uias nauigātis Eccle-
 siæ nemo nouit. Quia in tempore, miro mo-
 do, persecutionis coprehendi omnino non
 posset, quemadmodū uiuida per interitū, &
 diues p̄ dāna reddatur. Sicut olim Prophe-
 ta: In tribulatione, inquit, dilatasti me. Quæ *Psal. 4.*
 ob hoc, multis in locis subitò aut Soli cōpa-
 ratur, aut Lunę. Ipsa ergo ecclesia etsi tun-
 ditur, non mouetur: et si mouetur, resurgit.
 Hactenus de tribus. Quid superest? Et uias,
 inquit, uiri in iuuentute. Aut certe, vt Hæ-
 brei legunt, uias uiri in adolescentula. Vir
 iste, dominus noster christus est, sicut in a-
 ctibus apostolorum legimus. Viri fratres *Acto. 2.*
 audite hæc uerba: Iesum Nazarenum ui-
 rum à deo dilectum, in uobis uirtutibus &
 signis & portentis approbatum. Huius uiri
 uix cognosci non possunt in iuuentute, hoc
 est in hac uita mortali & breui. Quis enim
 æstimare animo possit, quanto amore è cœ-
 lis ad terram uenit, quæ itinera uirtutum
 duxerit, in quas uias beneficiorum circa
 humanum genus fuerit ingressus, dum clau-
 dis pedū restituit firmitatem, cæcis lumina
 amissa reddit, dū eloquium præstat mutis,
 & surdis insinuat auditum? Quid ille soli-
 dus

dus gressus in fluctibus? Quid reliquiae de
 paucis panibus? Quid inopem in vino Gali-
 laei coniugis apparatus, sed domini operi-
 bus pretiosum? Quid Apostolorum mira-
 vocatio? Quid rudorum alta doctrina? Quid
 mortuorum prodigiosa suscitatio? Et alia
 multa, sicut in euangelio dictum est, quae si
 omnia scripta essent, mundus ea capere non
 posset. Mira sunt ista quae retuli: visa tamen
 à multis, qui uirum adolescentulae comi-
 tabantur. Cæterum uias ipsius in adole-
 scentula nemo uidit, credimus tamen fide-
 les. Sic enim uir iste transit per eam, ac si non
 ingrauidasset eam: sic ingreditur, egrediturque
 ab ea, ac si non receptus fuisset ab ea. Via est
 christus, & per ipsam adolescentulam, facit
 uiam, sine uia. Porta ipsius uirginitatis ma-
 net clausa, nec aperitur, etiam domino qui
 ingressus, & egressus est per eam. Aperi uir-
 go (inquit Bernardus) expande gremium,
 præpara uterum: quia ecce facturus est tibi
 magna qui potens est: In tantum ut pro ma-
 ledictione Israel, beatam te dicant omnes
 generationes. Nec suspectam habeas pru-
 dens uirgo foecunditatem: quia non auferet
 integritatem. Concipies, sed sine peccato.

Ioan. 21.

Santes Pas-
 gninus tran-
 stulit. In uir-
 gine.

Bernar. Ho-
 mil. 3. super
 missus.

Gra-

Grauida eris, sed non grauata. Paries, sed non cum tristitia. Nescies uirum, & gignes filium. Qualem filium? Illius eris mater, cuius deus est pater. Filius paternę charitatis, erit corona tuę castitatis. Sapientia paterni cordis, erit fructus uteri uirginalis. Deum deniq; paries, & de deo concipies. Confortare ergo virgo fœcūda, casta puerpera, mater intacta, quia non eris in Israel ultra maledicta, neq; inter steriles deputata. Hęc ipsius. Ex quibus facile colliges, mira huius uiri in adolescentula nostra esse uestigia.

Virginitas sanctissimę Marię, tum ex Euangelici prophetę vaticinio, & Hieremię nouitate, Tum etiam ex omnipotentia Dei monstratur.

Cap. XIII.



Vlgatissimū legis testimoniū ab euangelista Matthæo citatum, uehementer uirginitatem Marię attollit, & nostram pietatē adauget. Iubēti enim domino Achaz, ut peteret signum à domino deo suo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra, quod suę potentię firmissimum foret argumentum. Non petam, inquit maledictus Achaz, & nō tentabo dominum. Non hu-

Matth. I.

Esa. 7.

O s militatis

DE VIRGINITATE

Hierony. su-
per Esa.

Deute. 6.

Matth. 4.

Iudi. 6. &
13.

Esa. 7.

Halma &
Alma disse-
runt.

militatis est (inquit Hieronymus) sed su-
perbia, quod non vult signū à domino po-
stulare. Quanquā enim scriptum sit in Deu-
teronomio, nō tentabis dominū deū tuum:
Et hoc cōtra diabolū saluator usus sit testi-
monio: tamen iussus ut peteret obedientia
debit explere pręceptum. Præsertim cū
& Gedeon & Manue signum petierint &
acceperint. Quanquā iuxta sermonis Hæ-
brei ambiguitatem, in eo quod omnes tran-
stulerunt similiter: non tentabo dominum:
possit legi, nō exaltabo dominum. Sciebat
enim rex impius, quòd si signū peteret, ac-
cepturus esset, & glorificaretur dominus.
Ergo quasi Idolorū cultor, qui in omnibus
angulis platearum, & in montibus, locisq;
necemorosis aras constituerat: Et pro leuitis
habebat Phanaticos: nō vult signū petere,
quod pręceptū est. Hæc Hiero. Nos autem
maius multo signum accepimus, impio nō
petente, quàm accepisset ipse, si petisset. Ec-
ce, inquit, virgo concipiet, & pariet filium.
Quod verbum pertractantes Hebraicæ ve-
ritatis expositores, dicunt virginem in Hæ-
braico dici Halma. Alma enim & Halma
cum aspiratione differūt. Halma, enim aspi-
ratum,

ratum, est virgo iuuenula semper manens virgo. Sed Alma sine aspiratione, uirgo iuuenula nubilis dicitur. Idcirco Egisipus explicans illud uerbum euangelicæ Lucae: Responsum accepit Simeon à spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret christum domini: refert hunc Simeonem esse Rabbi inter Iudæos eximium. Qui dum semel in scholis exponeret prædictam prophetiam, uidelicet, Ecce uirgo concipiet. Inuenit ibi scriptum Halma, idest uirgo semper manens uirgo, concipiet & pariet filium. Deleuit, h, ut esset sensus, Ecce Alma, idest, uirgo nubilis concipiet. Cum'que iterum prætatum uerbum relegeret, inuenit ibi sicut prius scriptum Halma cum aspiratione. Iterum deleuit illud, ut esset sensus prior. Imo & tertio, ita factum est. Tunc in spiritu cognouit puerum de uirgine nasciturum. Tuncque deum ipsum humiliter rogauit, ne ipsum mori permetteret, donec hunc puerum mirabiliter de uirgine natum, mortalibus oculis & uideret, & adoraret. Et responsum accepit à spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret christum

Egisipus in lib. de supplemen. Euangelicæ ueri. Luca. 2.

Hunc, liber Thalmud magistrorum appellat, cuius discipulus fuit Gamaliel Pauli magister.

DE VIRGINITATE

christum domini. En Mariæ virginitas à Domino promissa, & ab Efaia propheta antiquitus pronuntiata. Hæc ignorabat Simeon, hanc edocuit spiritus sanctus: pro cuius defensione Zachariam ferunt occisum inter uestibulū & altare. Venit ad nos, (inquit Origenes) quædam traditio talis. Quasi sit aliquis locus in tēplo, ubi uirginibus quidem consistere licet, & orare deum. Expectæ autem thorum uirilem, non permittebatur in eo consistere. Maria autem postquam genuit saluatorem, ingrediens adorare, stetit in illo virginum loco. Prohibentibus autem eis qui nouerant eam iam genuisse: Zacharias stetit, atque dixit prohibentibus eā: quoniam digna est uirginū loco, cū sit adhuc uirgo. Ergo quasi manifestissimè Zachariam aduersus legem agentem, & in loco uirginum permittētem stare mulierem, occiderunt inter templum & altare uiri generationis illius. Hæc Origenes. Eiusdem historiæ meminit diuus Basilius, Homilia quadā de humana christi generatione. Ex quibus facile colliges signum illud propheticū, diuinæ potentiæ esse mirabiliter ostensuum. Nam ultra legē naturæ, & in ea descendit,

Origen. Homil. 26. in Matth.

Zacharias occisus.

Basilius. Homil. 25.

scendit, & ex ipsa prodijt factus homo, ipsa
 semper incorrupta manente. Quod sanè ma-
 ioris est potentiaë, quàm si natus ex ea, uirgi-
 nitatem, nō sacrasset, sed minuisset. Si enim *Similitudo.*
 peritus artifex, lapillū ex omni parte pre-
 tiosum, in annulum uellet inferere uermi-
 culatum: si posset infracto annuli auro con-
 iungere adamantem, Quis putas honos illi
 esset? Potentior enim alijs haberetur, Quod
 si omittat id facere, eò est, quod nequit ali-
 ter immittere gemmam, At filius altissimi,
 imago & sapientia patris, omnium artifex
 rerum immensus, suam diuinitatem, omni
 auro, argento, ac gemmis pretiosiore, sic
 nostrę humanitati inseuit, ut omnipotentia
 suam, eo in opere, miro quodam diuinitatis
 artificio demonstrarit: uirginem in matrem
 suam dignissimam eligendo, & uirginitatē
 ipsius, in partu mirabiliter consecrando.
 Vnde August. (sermo. 2. de annunti. To-
 mo. 10.) Recole Maria in libro Esaiæ pro-
 phetæ uirginem, quam parituram legisti, &
 gaude atq; exulta, quia tu esse meruisti. Tu
 ibi præfigurata es uirgo, tu ecce concipies
 in utero, nō de uiro, sed de spiritu sancto, &
 grauida eris, & incorrupta permanebis. Pa-
 ries

DE VIRGINITATE

ries quidem filiū, & virginitatis nō patieris
detrimentū. Efficiaris grauida, & eris ma-
ter semper intacta. Senties pōdera ventris,
& pudorem non perdes castitatis. Intume-
scent ubera tua, extincta manent genitalia
tua. Hęc ille, Hoc est illud nouū iuxta Hie-
remiæ vaticiniū, domini dei opus. Nouum,
inquit, Faciet dominus super terrā: fœmina
circundabit uirum. Quid autem est circun-
dare, nisi incorrupto circulo uteri, uirum
absque diuisione continere? Ne quis ergo
sophisticæ garrulitatis ampliatiōe vtens,
virginem parituram dicat eam, quæ est vir-
go, postea sine virginitate pariturā: uti iuue-
nem fore senem, non in sensu, ut dicunt, cō-
posito, sed diuiso: vtq; omnē cauillandi co-
lorem propheta auferret: fœmina, inquit,
circundabit virum. Et ne quis ignarus ueri-
tatis scripturæ solito naturę modo, hoc pu-
taret esse fiēdum: Nouum, inquit, dominus
faciet super terram Vere inquā nouum, &
omniū nouitatum in fœmineo partu nouis-
simum. Quia nihil sublimius in hominū ge-
neratione, quā ex fœmina generari deū: ni-
hil in partu mirabilius, quā fœminā pare-
re incorruptam. Sed unde hoc tam nouū &

Hierem. 31.

Quid circū-
dare.

inco-

incognitum opus? Quia, ut euāgelica pate-
 facit historia, nō erit impossibile apud deū *Luca. 1.*
 omne verbum. Cuius omnipotentiā anti-
 qua laudant scripturarum oracula. Omni-
 potens, inquit, nomen eius. Ipso quoq; de se *Exod. 15.*
 testante. Ego deus omnipotens. Adhęc etiā *Gene. 18.*
 omnipotentia ipsius, in operibus demonstra-
 tur. Nimirum in creatione, ex nihilo: cū im-
 possibile sit omnia esse facta ex aliquo, nec
 sit in infinitum progressus. Quāuis in hac
 cōuincantur omnes philosophi errasse. Un-
 de necessum est primū illud, ex quo produ-
 cta scimus cætera quæq; à primo agēte esse
 productum. Idcirco deus omnipotens dici-
 tur, quia quod rationē entis habere potest,
 efficere valet. Virginē autem esse, et parere,
 nō habent adinuicē repugnātiā, nisi pro-
 pter uirtutis actiuæ insufficiētiā: quia natu-
 rale agens nequit unum corpus per aliud,
 sine alterius diuisione traducere: quod per-
 spicuum est, diuinæ omnipotentiae non re-
 pugnanare. Præsertim cū & natura doceat,
 aliqua ratione, nonnulla corpora se pene-
 trare. Sicut enim solarem radium (quanquā
 corporeus sit) constat penetrare vitrū, et cō-
 trarias, oppositorū colorū species in medio
 sine

Similitudo.

DE VIRGINITATE

A minori.

Similitudo.

Autor est

Ambro. li. 5

Hexame. ca.

20. et 21.

Tom. 4.

Ecclesia in

benedictione

carei.

sine contrarietate consistere simul: ita lux illa suprema, per quam uniuersa in suo esse subsistunt, multo mirabilius partum, & integritatem, poterit simul conseruare, & sine repugnantia continere. Si enim plurima sunt in natura, quæ ipsi humanæ rationi uidentur contraria: Sicut poma paleis conseruantur incorrupta, cum potius earum calore essent facilius corrumpenda: Calx etiam unde perfusione fumescit, et oleo superfuso extinguitur, cum oleum fomētum sit ignis quem aqua extinguit: fons quoque in Armenia, alget die, ac tota nocte ebullit: In infinitum autem diuina potentia, naturæ uirtutē excedit: Quidni posset seruare, simul cum partu pudorem? Videmus mirabilē in apibus generationem, ut absque uiolatione foueant, quod absque corruptione generant. Taceo de multis alijs animalibus, quorū sine masculorum coniunctione fœmellæ concipiunt. Vnde in commendationē uirginei conceptus, & partus, in benedictione carei pascalis cantat Ecclesia. Alitur liquantibus cæris, quas in substantia pretiosæ huius lampadis, apis mater eduxit, O uere mirabilis apes, cuius sexū nec masculi uiolant, fœtus non

non cassant, nec filij destruunt castitatē. Sic sancta concepit virgo Maria, virgo peperit, & post partum virgo permanlit,

Virginitas dominæ nostrę, Salomonis, Danielis, Angelicę testimonio: & Rabbinorum, Mahomeri, & conciliorum autoritate probatur. Cap. XV.



Ed, ut iterum antiquiores sententias repetamus, audi sapiētissimum regē Salomonem, de sponsa sua formosa & dilecta loquentē. Hortus conclusus Cant. 4.

fusus soror mea sponsa, hortus cōclusus, fons signatus. Quid est quod primò Maria uocatur hortus conclusus, nisi quia virgo ante partum, per angelorū custodiā? Quorsum iterum hortus conclusus, nisi quia virgo in partu, propter filij dignitatē? Quid autē tertio fons signatus, nisi quia post partū virgo, sigillo totius trinitatis signata? Hortus pulcher, hortus floridus, hortusq; deliciarum Maria, inquā descendit Dilectus deus: Dilectus meus, inquit Maria, mihi, & ego illi, Can. 2. qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Quæ sunt ista lilia, nisi flores sanctissimæ virginitatis? Imo & Ma

P ria

Can. 2.

ria liliū dicitur, & ab sponso liliū dulciter nominatur: sicut liliū, inquit, inter spinas, sic amica mea inter filias. In quo est color castitatis, & odor angelicæ uirginitatis: & grana illius apparent aurea, hoc est, animatum corpus, eum diuinitati coniunctum filij dei, in medio uteri, nouem mensiū spatio, mirabiliter procreatum. Quid dicam de Daniele de hac mirabili uirginitate proximiori tempore, subtiliter prophetante? Vidit enim Nabuchodonosor statuā proceræ magnitudinis, cuius caput ex auro optimo erat: pectus autē & brachia de argēto: porro uenter & femora ex ære: tibiæ autē ferreæ, pedum quædā pars erat ferrea, & quædam fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de mōte sine manibus, & percussit statuam in pedibus suis ferreis, & fictilibus, & cōminuit eos. Lapis autē qui percussit statuā, factus est mons, & impleuit uniuersam terrā. Similitudem gessit quatuor regnorū, statua illa. Per caput aureū, regnū Babiloniū auro pretiosissimo cōparatum, ostenditur. Regnū autē Medorū atq; Persarum, argenti habet similitudinem, minus priore, & maius sequente, Regnum tertium æneum
Alexan

Dani. 2.

Alexandrum significat, & regnū Macedo-
num, successorumq; Alexandri. Quod re-
cte æneū dicitur. Inter omnia enim metalla
æ s uocalius est, & tinnit clarius, ut non solū
famā & potentiā regni, sed & eloquentiam
Græci sermonis ostēderet. Regnum autem
quartū quod perspicuè pertinet ad Roma-
nos, ferreū est, quod cōminuit, & domat o-
mnia. In fine autē (inquit Hieronymus) ho-
rum omniū regnorum auri, argenti, eris, &
ferri, abscissus est lapis dominus, atq; salua-
tor: sine manibus, idest, absq; coitu & huma-
no semine, de utero uirginali, & cōtritis o-
mnibus regnis, factus est mons magnus, &
impleuit uniuersam terrā. Hæc ipsius. His
tamē omnibus, apertius multò, uirginitatē
dñe nostræ insinuassee uidet sanctissimus An-
gelus Gabriel, in schola cælesti à tota Tri-
nitate sapienter edoctus. Ne timeas, inquit,
Maria, tantæ salutationis te indignā existi-
mans. Futura enim es mater dei, quā omnis
gratiarū plenitudo decet. Noua erit tua ma-
ternitas, quoniam non tantum hominis, sed
dei mater æris. Ac ideo nouo generationis
modo filium cōcipies altissimum. Conci-
pies enim in utero, & paries filium. Audite

Hierony. in
commenta.
Danielis. ca.
2.

Luce. 1.

DE VIRGINITATE

nouam generationis legem. Concipies, inquit, in utero. Quasi verò aliæ masculorum fœmellæ extra uterum uiderentur cõcepisse? Ita sane. Sed audi diuum Hieronymum subtiliter præfata angeli uerba exponentē. Quotidie certè, inquit, de procreandi necessitate mulierum conceptus, & cernimus, & audimus: de nulla tamē dicitur: In utero cõcepit. Quoniam substantia futuri hominis, fusa per uirū, coalescit in fœmina: uterusq; mulieris nō principium est nascituri hominis, sed depositi nutrimentum. Maria autem nō tam prima, quàm sola, in utero cõcepit: cuius pudoris illibatio cõceptum uteri sine damno uirginitatis expressit: quæ sola nobis peperit, quod nō accepit ex nobis, dicēte domino: Vos de inferioribus estis, ego de superioribus sum. Quæ sola mater est filio, cum uirgo sit marito: cuius conceptionem ignorante uirginitate partus agnuit: quæ sola mulier dicta est, nō cõcipiendo, sed pariendo. Repetamus deniq; sanctas fœminas patriarcharum, uideamusq; si sic de aliqua scriptū est, Legimus de Sara: Et dominus uisitauit Sarā, sicut dixit. Et fecit deus Saræ sicut locutus est ei, & concepit & peperit Abrahæ

Hierony. de uiro perfez. Sto. Tom. 4.

Ioan. 8.

Gene. 21.

Abrahæ filium. In Isaac diuina beneuolentia monstratur his uerbis. Et exaudiuit illū deus, & cōcepit Rebecca vxor eius. Deniq; *Gene. 25.*
 & de Iacob uxoribus sic ponitur. Et concepit Lia & peperit filium Iacob. De nulla *Gene. 30.*
 certe horū scriptum est: In utero concepit. Quæ tamen quicquid concipiebant, extra uterum concipere nō poterant: sed quoniã de conuentu uirili cōcipere se nouerāt, quibus nō proueniebat salua uirginitate conceptus. Sola uirgo Maria in utero cōcepit, cū irreferato aditu feminali, clauso utero cōcepit. Hæc ille. Hæc igitur mater noua lege, nouo conceptu, nouo partu edidit saluatorem filium suum. Concepit in utero sine uiro, cum uirginitatis honore, portat filium sine grauedine, parit sine dolore. Sola ipsa, filij mater, sola mater & uirgo: sola parit lætabūda & gaudēs. Dicat illud Esaias. *Esa. 35.*
 lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudās: gloria libani data est ei. Quasi dicat. Deserta terra quæ non colitur fuit uirgo Maria, & inuia, perquam nullus trāsīuit. Hæc lætabitur in conceptione filij: nã florebit quasi

DE VIRGINITATE.

lilium cōcipiendo, Liliū enim ut diximus, virginitatē significat. In partu autē, germi- nans germinabit, id est, in actu pariēdi, exul- tabit lætabunda, & gaudens. Causam uerò huius rei mirabilis propheta subiūgens di- cit. Quia gloria Libani data est ei: quod tri- fariam exponi potest. Libani, id est, cœli. Quoniā rex cœlorū datus est ei in filiū. Vel gloria libani. Hoc est, dei qui cādīdus inter- pretatur, cū in vtero ipsius summū cādo- rem uirginitatis inclusit & candorē paren- tis sua puritate sacrauit. Vel certe ad literā, gloria libani data ei fuit. Eò quod mōs iste, hac in parte ab omnibus memoretur glo- riosus. Quia duo celeberrimi fontes, nimi- rum Ior, & Dan, oriūtur ab ipso, & in uno flumine Iordane iungūtur, qui totam pro- missionis terrā dicitur incessabili unda ri- gare. Ita profectò in uirgine nostra, fons di- uinitatis cum humanitate copulatur, ut flu- men vnum (christus nimirū) consurgat im- mensum, totam ecclesiæ terram, suæ opera- tionis virtute rigans. De quo Psalmogra- phus, Fluminis impetus letificat ciuitatem: ecclesiam nempe, dei. Hanc etiam Mariæ sanctissimæ uirginitatem, antiqui Iudæo- rum

Virginitas
Mariæ olim
à Iudæis præ-
dicata.

rum Rabbini, antequam scriptura eorum
 corrumpere per Thalmud, & credebāt,
 & prædicabant. Nam ut interim alios ta-
 ceam, Rabbi Varaquia, super illud Hiere-
 miæ Trenorū ultimo, Pupilli facti sumus
 sine patre: dicit, De⁹ sanctus dixit, q, sic erit
 sine patre Messias redēptor, quem ego su-
 scitabo vobis. Nam sine patre erit, sicut di-
 citur in Psalmis, Ante luciferum genui te.
 Quod in Hebræo sonat. * Ex matrice Au-
 rora. Quemadmodum enim lux solis exit
 ab aurora tanquam ex matre sine patre: &
 lux illa oritur sine auroræ corruptione,
 quasi cum gaudio. Sic Messias à sola sua
 matre, uirgine, incorrupta, cum lætitia &
 exultatione. Rabbi quoq; Iodæ dixit, deum
 benedictum se promississe Messiam sine pa-
 tre creaturum, iuxta illud Psalmi. Ego ho-
 die genui te. Vnde & Zacharias de ipso lo-
 quēs dicit. Ecce uir germē nomē eius. Quē
 locum putat de nullo alio intelligi, nisi de
 Messia. De quo Esaias. In die illa erit ger-
 mē domini, in magnificētia & gl'ia. In trās-
 latione, inquit, Caldayca habet. Erit Mes-
 sias in magnificētia & gloria. Vt em̄ germē
 oritur ab arbore, tanquā à matre sine patre,

Rabbi Vas
 raquia.

Psal. 109.

* Pagninus.
 Ex utero ab
 aurora.

Similitudo.

Rabbi Iodæ

Psal. 2.
 Zacha. 6.

Esa. 4.

Similitudo.

DE VIRGINITATE.

& exit absq; aliqua corruptione, & cū gaudio: Ita & Messiam dicimus à sola sua matre incorrupta & exultante, prodijisse. Sed quid olim tuus, nunc autem aduersarius tuę fidei ac religioni christianę Mahometus, de domina nostra dicebat? In libro enim tertio Alcorani, Azora prima, Marię alea 17. fuit, inquit, yce Messias in miraculo gētibus. Sine patre, nempe, à sola matre remanente uirgine semper. Imo uel ipsa forsau veritate coactus, credit de Christo & scripsit in suo Alcorano, fuisse illum uerū Messiam promissum, præter hoc quod fit filius dei. De uirgine autem Maria omnia prorsus nobiscum confitetur, præter hoc quod fit Mater dei. Nam quòd fit uerus Messias legisti in Alco. lib. 1. Azo. 3. Alea. 170. & Azora 4. Alea. 19. 75. & 78. Et lib. 2. Azo. 3. Alea. 31. Et dicit eum fuisse conceptū de spiritu sancto, sine uiro: patet in Alco. li. 1. Azo. 2. Alea. 42. & 47. Et lib. 3. Alea. 17. Azora. 1. Adhęc confitetur natum ex Maria uirgine. In Alco. lib. 3. Azo. 3. Alea. 89 Libro 4. Azo. 29. Ale. 12. Rursum ad cœlos ascendisse firmiter credit, & sedere ad dexteram patris, indeq; fore uenturum ad iudi-

*Mahometi
de uirginitate
Marię sententia.*

*Mahometus multa de
Christo confessus est,
quę nos christiani fate-
mur.*

iudicandum. In Alco. lib. 1. Azora. 2. Ale.
 54. & Azo. 3. Alea. 158. Ex quibus patet
 omnia credere de christo, præterquam q, sit
 filius dei. Quod etiam ex proprijs dictis, te-
 nebatur fatèri. Nam in. 3. libro. Azo. 7. di-
 cit. Illum fuisse uerum deum, qui potest ali-
 quem suscitare: quoniam esset dominus vi-
 tæ & mortis. Sed christus hoc fecit ex Ma-
 hometi sentia, ut dicitur in Azo. 3. Alea.
 48. primi libri. Ergo ineptè negat illū esse
 deum. Quod autem hoc uirtute propria fe-
 cerit, scripsit ipse in lib. 2. Azo. 5. Alea. 39.
 dicens ad mandatum christi fuisse suscitātū
 filium Cam, qui uocabatur Cane. ut daret
 mensuram Arcae ipsius Noæ. Qua ostensa,
 iussit illi ut reuerteretur in terram. Fabulā
 narrat, sed quæ sibi aptissime contradicat.
 Præterea credit Mahometus de uirgine
 Maria multa quæ sanctorum confitetur ec-
 clesia. Primò dicit ipsam deuotissimam, &
 sanctissimam, in vigilijs, ieiunijs, orationi-
 busq; perseuerantem, In suo Alcorano. li.
 1. Azo. 2. Ale. 36. 37. Et li. 3. Azo. 1. Alea.
 14. 15. Secundò eam dicit desponsatam fa-
 bro cōsanguineo suo, q, uocabatur Ioseph.
 Libro. 3. Azo. 1. Ale. 18. Adhæc dicit salu-

Cogitur fatèri Mahometus Christum esse filium dei.

Multiplex Mahometi de uirgine Maria testimonium.

DE VIRGINITATE

tatam ab angelo, nuntiante ei, quod conciperet filium, sine viro, de spiritu sancto. Libro. 1. Azo. 2. Alea. 45. 47. Et lib. 3. Azo. 1. alea 17. & 18. Deniq; dicit, & credit ipsam peperisse sine dolore, remanente Virgine. Eodē Alcorano. li. 3. AZO. 1. Ale. 19. Et AZO. 3. Ale. 89. Et etiam li. 4. AZO. 29. Ale. 12. Sed qua rātionē probatum est cōtra ineptū Mahometum, ex proprijs dictis christū fuisse filiū dei: possemus & manifeste demōstrare uirginem Mariam, dei omnipotentis fuisse matrem. Sed hæc sint dicta ex illius sententia, ut intelligāt omnes veritatem inter nos quadā pietate tractatam, non fuisse tibi nouam: quoniā et ante conuersionem, maiores tui ex secta cogebantur fateri, sicut tu mecum post baptismum sacratissimum susceptum, fideliter confiteris. Sed quemadmodum inter vos nō defuerunt multi, qui uel malitia, uel imperitia legem Mahometi aliter intelligendam commentarentur, fingentes se illius pestilentissimæ legis sectatores: ita & inter nos aliqui malitiosi ac imperiti non defuerunt, qui corde venenato, animo pestilenti, sacrilego ore, pollutis labijs, inuerecundo vultu, æffreni lingua, incompō-

sito

*Ex episcopo
Barchinonēsi
Martino
Gartia.*

*Mariam esse
matrem dei
dicere debet
Mahometus*

*Omnes Ma-
hometani te-
nentur uirgi-
nē fuisse ma-
riā: credere, si
suam sequan-
tur sectam.*

*Aliqui uel
malitia, uel
impitia, uir-
ginitatē Ma-
riæ offusca-
runt.*

sito gestu, clamoreq; immoderato, à uia ue-
 ritatis apostatarunt, & uirginitatem domi-
 næ nostræ totis uiribus conati sunt obfu-
 scare. Qualis fuit Heluidius, Louinianus,
 & alij post ipsos impj dogmatis sectato-
 res. Contra quos Apostolicæ sedis auto-
 ritate congregata sunt concilia, tum œcu-
 menica, tum synodalia. Et spiritus sancti
 autoritate damnati, præfatum articulum
 omnibus indubitatum reliquerunt. Et ut
 unum aut alterum in medium propona-
 mus, Martius Papa primus in quadam sy-
 nodo Lateranensi centum & quinque Epi-
 scoporum præsentia illustrata, in cano-
 ne tertio sic definit. Si quis non confitetur
 propriè, & verè dei genitricem sanctam,
 semper uirginem immaculatam Mariam,
 in ultimis seculorum, absque femine con-
 cepisse ex spiritu sancto, & incorruptibili-
 ter enixam esse, & indissolubili perma-
 nente, & ante, & post partum eiusdem
 uirginitate, sit condemnatus. Ante ip-
 sum autem, in quinto concilio œcumeni-
 co, nempe Constantinopolitano secundo.
 Agapetus, Syluerius, Vigilus, pontifices

Martinus
 Papa in sy-
 nodo Late-
 ranensi.
 Can. 3.

Concilium
 Constantin.
 2. c. 2.

maxi-

DE VIRGINITATE

maximi sanctissimè statuerunt in capitulo secundo, dicentes. Si quis nõ confitetur dei uerbi esse duas natiuitates, unam quidẽ ante secula & sine tempore, ex patre incorporaliter: aliam uerò eiusdem in ultimis diebus descendẽtis de cœlo, & incarnati, ex sancta gloriosa dei genitrice semper'que uirgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit. Alia multa conciliorum possem citare decreta, si te in hac pietate christiana tam firmum non animaduernerem, sed hæc hæc tenus. Vt iterius rem ipsam similitudinibus explicemus. Octauam namq; post gallicinia, credo iam sonuisse horam, & temporis angustia premo.

Sanctæ Mariæ uirginitas, multis nota sit similitudinibus, & sacræ scripturæ duplici figura subtiliter demonstratur. Cap. XVI.



Tempora in artibus frequenter adducuntur, ut facilius discen-tes addiscant: quinimo sacrarũ literarum scriptores canonici, ac ipsorum interpretes fidelis-
simi, his sæpe utuntur, ut pietas christiana apertius explicetur. Audisti Natham prophetam peccatum regis, similitudine qua-
dam

dam cōfudisse. Audisti etiam Salomonem, optimum uiuēdi modum, per similitudines explicasse. Esaias quoq; Babilonis subuersionem, iussu domini, pronuntians, percursum duorum æquitum, & ascensorē asini, atq; ascensorem Carmeli, similitudine explicauit. Ac Hieremias potentiam domini cunctis nationibus prædicans, similitudine figuli conclusit: sicut lutum in manu figuli, sic uos, inquit, in manu mea, domus Israel. De domino autem superius probatum est: q; multis parabolis, figuris, & similitudinibus fuerit usus: ut fidem suam, infimæ eruditionis, & rudis ingenij uiri, facilius inteligerent. Ad eundem ergo modum, uirginitatem beatissimæ Mariæ fideliter per similitudines, inter concionādum explicauit. Verbum enim humanum, in corde frequenter concipitur, indeq; libenter egreditur, absq; aliqua ipsius cordis læsione. Sudor è corpore ortus, poros strictissimos penetrans, illesum corpus ex omni parte conseruat. Visum pupilla, speciesq; uisibiles recipit, ipsa tamen semper integra perseuerat. Num planetarum eximius, radios emittens singulis diebus ad ima, aliqua ex parte corrumpitur?

Esa. 21.

Hierem. 18.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

rumpitur? Minime. Illesus, infractus, illibatusque manet in sua natura. Taceo plura. Id autem potest deus omnipotens, se solo profecto prestare, quod rerum omnium causae illius efficiunt adiutorio: cumque uerbum integro corde, sudor illaeso corpore, uisus illibata pupilla, radiusque infracto sole, exterius egreditur: Quidni deus ipse, potuit foras egredi, ne utiquam ostio pudoris aperto? Sicut enim deus noster (inquit Augustinus) cum primum Adam facere uellet, non ex coniunctione uiri & mulieris, hominem ut esset, effecit: sed accipiens terram, inde hominem diuina quadam arte formauit: ita sine uiri coniunctione deum in uirginali aluo incorporari dispensauit. Ergo si tunc licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam uirginem procreari? Quoniam sicut Adama ex terra uirgine figuratus est, ita & Christus ex uirgine natus agnoscitur. Ibi tunc flatus dei de terra, uiuum hominem surgere fecit ad uitam: hic mundum spiritus sanctus de Maria uirgine christum hominem figurauit, in quo deus ad reparationem hominis habitaret. Haec Aug. Nec frustra praeeperat dominus ipsi Noe,

Similitudo
Augustini
sermo. 13.
in natali do-
mini. Tomo
10.

Figura.
Gene. 6.

Noæ, vt faceret fenestram in Arca: quã Hebræi dicunt fuisse crySTALLINAM, supra ostium arcæ, quod erat in lateræ, hoc est, non supra, neque infra, sed in medio. Quia nimirum Arca ista ecclesiam significat: extra quam nullam confitemur esse salutem. Hęc arca habuit in latere, idest, non in principio mundi, non etiam in fine, sed in medio annorum, & temporis plenitudine, fenestram crySTALLINAM, hoc est sanctam Mariam, sua mirabili virginitate, ceu luce clarissima, totam ecclesiam illustrãtem: per quam etiam lux illa diuina, quæ illuminat hominem omnem venientem in hunc mundum ingressa, egressa quæ fuit. Per illam autem fenestrã, absit, quod intraret aqua, aër, & puluis, sed solùm lumen clarum. Quia mater christi, nullum creditur habuisse peccatum: Sicut Ioannes dixit. Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Omnia autem peccata ad has tres generales reducuntur radices. Ac ideo puritatem crySTALLI Mariæ non intrauit ventus superbiæ: nec aqua luxuriæ, neque puluis auaritiæ: sed solùm lux pura, christus, inquam, qui est ra-

Arca Noe ecclesiam significat.

Fenestra, est Maria.

Ioan. 1.

Similitudo.

1. Ioan. 2.

DE VIRGINITATE

Heb. 1.

Similitudo.

est radius, & splendor gloriae & figura substantiae patris: ut intrabat in ortu solis, & egrediebatur in occasu, salua semper integritate crytalli, sic fili⁹ uirginis sine corruptione matris fuit conceptus, & mirabiliter natus. Subito Sol ingreditur, & laeta fenestra, radios innocuos admittit: ita sane uirgo nostra filium dei repente concepit, nullius in partu corruptionis experta dolorē.

Augusti. sermo. 2. Annuntia. Tomo. 10.

Vnde Augustinus, Nec mora reuertitur nuntius, et uirginalem thalamū ingreditur christus. Efficitur subito praegnans beata dei genitrix, & cuncta per secula praedicatur felix. Concepit mox ad credulitatem uerbi, uirilis ignara consortij: impletur uterus nullo humano pollutus amplexu. Extat itaque uirgo cum concepit, uirgo grauida, uirgo cum parit, & uirgo post partum. Praeclara ergo illa uirginitas, & gloriosa foecunditas: Exultat Maria, & matrem se laeta miratur, & de spiritu sancto se protulisse gaudet: nec quia peperit in nupta terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. Hæc ille. Hoc, ni fallor, uolebat explicare nobis spiritus sanctus, cum per Danielelem prophetam dixerit. Ioachim habuisse uxorem nomine Sussannam

Figura Danieli. 13.

sannam pulchram nimis, & timentem deū.
 Hic Ioacim habebat pomerium uicinum
 domui suæ, in quo deambulabat Susanna
 uxor sua, quotidie: clausis tamen ostijs po-
 merij. Quid mystice per Susannam, melius
 quā Mariam intelligere possumus? Illa pul-
 chra, sed pulchrior Maria facie, & fide pul-
 chrior. Illa à senibus falso accusata, & adul-
 terij rea, publico iudicio, damnatur: Virgo
 quoque Maria falso à doctoribus olim de
 peccato & accusabatur, & immoderata ar-
 gumentorum congerie damnabatur: quæ
 tota pulchra semper extitit, nulliq; origina-
 li obnoxia culpæ. Illa per Danielelem iubēte
 deo liberata: Hæc ecclesiæ uniuersalis auto-
 ritate (quæ rationibus, reuelatione, ac mira-
 culis roboratur) per fidelissimos christi præ-
 dicatores, publicis concionibus, per orbem
 terrarum, immunis ab omni peccato, quoti-
 die prædicatur. Ioacim verò patrem æter-
 num significat, huius sanctissimæ Mariæ
 ditissimum sponsum. Qui hanc amauit, &
 exquisiuit à iuuentute sua, id est, ab æterno,
 sponsam sibi assumere: quia amator factus
 fuit formæ & pulchritudinis illius. Habe-
 bat hic pater pomerium uicinū domui suæ,

Virgo Mas-
 ria per Sus-
 sannam figu-
 ratur.

Cant. 4.

Sapi. 8.

Q hoc

hoc est, uirtutem uirginitatis eminentem, quæ sic est vicina cælo, ut dicat cæleste bonum uirginitas, cognata phalangi angelicæ. Nam bona est castitas coniugantis, melior continentia uidualis, optima autem perfectio uirginalis, iuxta diui Bernardi sententiam. Hic quotidie Maria uirgo ambulabat. Quia nempe uirgo ante partum, uirgo in partu, uirgo denique post partum, semper intacta. Quæ autem erat tantæ uirginitatis causa? Quoniã clausa semper habuit pomerij ostia, sensus suos uidelicet, ad mundana carnis lasciuæ blandimenta. Quare non immeritò sanctus euãgelista adiunxit, angelum ingressum fuisse ad ipsam. Quasi uellet suæ honestatis argumenta monstrare. Non enim errantem (ut Dina filia Lia) inuenit angelus per uicos atque plateas: sed ostio pomerij clauso, intus orantem, & diuinæ incarnationis mysterium profundius cõtemplantem. Vnde Bernardus Suspicandum nõ est quod apertum inuenierit angelus ostiolum uirginis: cui nimirum in proposito erat, hominum fugere frequentias, uitare colloquia: ne uel orantis perturbaretur silentium, uel cõtinentis castitas tentaretur. Clauserat itaque etiam illa hora suum

Bernar. sermo. 4. in assumptione. Maria.

Luce. 1.

Gene. 34.

Bernar. sermo. 3. super missus.

super

super se habitaculum uirgo prudentissima, sed hominibus, non angelis. Proinde si ad eam potuit intrare angelus, sed nulli hominum facilis patebat accessus. Hæc Bernardus. Dic obsecro num placeant hæc similitudines, atq; figuræ? sed audi beatū Augustinum subtilius puram & illæsam Mariæ virginitatem assimilantem. Solis, inquit, radius specular penetrat, & soliditatem eius insensibili subtilitate pertransit: & talis videtur intrinsecus. Itaq; fratres, nec cum ingreditur violat, nec cum egreditur dissipat, quia ingressum & regressum eius specular integrum perseuerat. Specular ergo nõ rupit radius solis, integritatē virginis, ingressus, aut egressus, nūquid vitiare potuit deitatis? Hactenus Augustinus.

Augustini sermo. 3. de Aduentu. tomo. 10.

Similitudo.

Tribus accommodatissimis figuris virginitas Mariæ comprobatur iuxta diui Augustini & Bernardi expositionem. Cap. XVII.



Vper est adhuc, charissime fili, ex deuotissimo Bernardo, nonnullas perstringi figuras, quas ex sacra ipse collegit scriptura, huic nostrę pietati fatis

Berna. hom. 2. super missus.

Q 2 accom

DE VIRGINITATE

Figura Exo. 3. accommodatas. Quid, inquit ipse, rubus ille quondam Mosaicus portendebat, flamas quidem emittens, sed non ardens, nisi Mariam parientem & dolorem non sentientem? Quid est, dominus in medio rubi, nisi redemptor in uentre virginis? Flama transiens per

*Virgo est rubus incom-
bustus.*

rubum, & ipsum in nulla parte comburens, quid est nisi filius dei per virginem veniens, & quod ipsa remansit virgo post partum? Vadam, inquit Moses, & videbo uisionem hanc magnam, quare rubus ardeat, & non comburatur. Tunc ecclesia: Rubum quem uiderat Moses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem uirginitatem, dei genitrix.

*Figura nume-
ric. 17.*

Rursum Bernardus. Quid rogo uirga Aarō florida nec humectata, nisi ipsam Mariam concipientem, quamuis uirum non cognoscentem? Sequenti, inquit, die regressus Moyse inuenit germinasse uirgam Aarō, in domo Leui: Et turgētibus gemmis, eruperant flores: qui folijs dilatatis in amygdalas defor-

*Augusti. ser-
mo. 3. aduen-
tus.*

mati sunt. Quod exponens Augustinus, inquit, Virga ecce protulit quod ante non habuit, non radicata plantatione, non defossa sarculo, non animata succo, nec fecundata feminario: & tamen cum illic deessent uniuersa

iura

iura naturæ, protulit virga quod nec semine fuggeri potuit, nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, virgo non potuit contra naturę iura dei filium generare. Virga illa unde agebam? Aarō, uirgo Maria fuit, quæ nobis christū uerum sacerdotem cōcepit, & peperit, de quo Dauid cecinit: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedech. Superiori nāq; uersu iam dixerat: Virgā uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Et Esaias propheta apertius Mariam sanctam designat dicens. Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quod ergo hæc uirga nuces produxit, imago dominici corporis fuit. Nux enim trinā habet in suo corpore substantiæ unionem, coriū, testā, & nucleū. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur. Hæc ex Augustino. Restat & alia huius ueritatis figura, Gedeoni manifestata. Posuit enim uellus in area primum, & ros fuit solum in uellere, tota terra manente siccata. Et de nocte confurgens Gedeon expresso uellere cōcham rore impleuit. Secundo autem uellus fuit siccum, & omnis terra, rore madens. Vellus cum sit

Virgo est uirga sine humore flores, ac fructum producat.

Psal. 109.

Esa. 11.

Nux signat christum.

Figura Iudi. 6.

DE VIRGINITATE

de corpore, nescit corporis passiones, sic
virginitas cū sit in carne, vitia carnis igno-
rat. Vel certe, quid vellus ovis, de quo vesti-
tur pastor, nisi caro virginis, de qua vestitus
fuit pastor omnium Deus? Ante incarnatio-
nem autem filij Dei, propter peccatum, to-
ta terra erat proculdubio sicca, sed vellus,
hoc est, virgo Maria, omni gratiarum ple-
nitudine madefacta: quia cœlestis imber,
hoc est, Dei filius, in virgineum vellus pla-
cido descendit illapsu, & tota deitatis un-
da, bibulose illius carni se repete submissit.
Ut autem cœlestis imber sine strepitu de-
scendit in vellus, ita filius Dei sine viri cla-
moso contactu vellus virgineum madefe-
cit. Rore autem, expresso uellere, impleta
est concha, & egressus dominus tanquam
sponsus de Talamo suo, totam ecclesiam sua-
rum plenitudine gratiarum impleuit: quia
de eius plenitudine accipimus uniuersi, gra-
tiam pro gratia. Qui etiam totam terram ir-
rigasse dicitur, manente uellere sicco: quia
virginitas Mariæ post eius egressum inuio-
lata permansit, sed totus mundus, per ipsius
sanctam passionem, & apostolorum copiosissimam
prædicationem, multiplici gratiarum dono
reple-

Vellus caro
virginea ma-
ria.

Psalm. 18.

Ioan. 1.

repletur. Vnde Bernardus concludit: Huic Bernar. sup.
 quoq; Gedeonico facto, propheticum dictū
 satis pulchrū cōuenire uidetur; ubi legitur: *dit. ant. d. A.*
 Descēdet sicut pluuia in uellus, & sicut stil- *via. d. b. n. d. d.*
 licidia stillantia super terrā. Pluuia quippe *Psal. 71.*
 uoluntaria quā segregauit Deus hereditati
 suæ, placide prius, & absq; strepitu opera-
 tionis humanæ, suo se quietissimo illapsu
 uirgineum dimisit in uterum: postmodū ue-
 rō ubiq; terrarū diffusa est per ora prædica-
 torū, nō iam sicut pluuia in uellus, sed sicut
 stillicidia stillantia super terram, cū quodam *Math. 10.*
 utiq; strepitu uerborū, ac sonitu miraculo-
 rū. Siquidē recordatæ sunt nubes illæ, quæ
 portabant pluuiā, præceptum sibi fuisse cū-
 mitteretur: quod dico uobis in tenebris, di-
 cite in lumine; & quod in aure auditis, præ- *Psal. 18.*
 dicare super tecta. Quod & fecerūt. Etenim
 in omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines
 orbis terræ uerba eorū. Hęc ille. Audisti ha-
 ctenus, frater charissime, quātis laudibus di-
 gna sit Deiparæ Mariæ sacrosācta uirgini-
 tas, sacræ scripturæ testimonijs cōprobata.
 Restat nunc, ut eā totis uiribus extollas, ac
 nedū animo tuo, sed & tuorū coæuorū pe-
 ctoribus deuota mēte affigas. Nam si tanta

Q uij sunt

*Athana. lib.
de sancta uir-
ginitate.*

sunt castitatis continentiae, ac uirginitatis
uirtutis in utroque sexu encomia, ut excla-
mare audeat pientissimus Athanasius. Ma-
gna uirtus continentia, magna gloria casti-
tas, magna sunt uirginitatis praeconia. O uir-
ginitas diuitiae incomprehensibiles. O uir-
ginitas corona immarcescibilis. O uirgini-
tas templum dei, & sancti spiritus domici-
lium. O uirginitas margarita pretiosa, apud
multos latens, a paucis uero vix inuenitur.
O continentia amica dei, & apud sanctos
laudata. O continentia uulgo inuisa, sed ijs
& inferos effugiens, & immortalitati adhæ-
rens. O continentia gaudium prophetarum,
apostolorum gloria. O continentia angelo-
rum uita, & sanctorum hominum corona.
Beatus qui te tenet, beatus qui per patientiam
tibi constantiter adhæret, quoniam postquam
paululum laborauerit, multa recipiet mune-
ra in te. Hæc ille. Quid dicam de illa plusquam
humana beatæ Mariæ uirginitate? Hæc o-
mnibus superior: Hæc angelorum & hominum
puritate sublimior: Hæc omni humana lau-
de excelsior: hæc denique altissimo deo pro-
ximior. Hæc ama, dilige, amplectere, ac ue-
nerare:

nerare: hanc apud tuos semper lauda, intrepide prædica, & usq; ad aras defende: Hanc in corde, hanc in ore, hancq; præ manibus habe. Hanc enim gloriosus Apostolorum chorus, hanc Prophetarum laudabilis numerus, hanc Martyrum candidatus laudat exercitus. Hanc per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia. Hanc omnes Angeli, & cæli universæ potestates: hanc Cherubin, ac Seraphin, incessabili uoce proclamant: Virginitas, uirginitas, uirginitas Mariæ, deo quidem inferior: omnium autem creaturarum suprema. O sancta & immaculata uirginitas, quibus te laudibus efferam nescio: quia quæ cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Sed quid moror? Sanctorum laudes audere expectas, has libenter, ac fideliter in medium proponamus: ut labori suscepto finem imponamus.

Beatissimi patris Iuliani, atque diuorum Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & Gregorij, ac presbyteri Rufini testimonio uirginitas Mariæ laudatur. Cap. XVIII.



Vdi iam mi Neophyte, & diligenter attende sacrorum doctorum laudes de intemerata, illæsaq;

Q S uirgi

DE VIRGINITATE

virginitate sanctæ genitricis Dei Mariæ:
 Alloquamur deuota mente singulos, & qd
 illi de ipsa senserint fideliter exprimamus.
 Quid tu beate puritatis amator Illefonse
 de ipsius uirginitate cecinisti? Ecce, inquit,
 virgo ex Deo, virgo ex homine, virgo astā-
 te angelo, virgo iudice sponso, virgo ante
 sponsum, uirgo cū sponso. Indubitata uir-
 go, etiam dubitante sponso, uirgo ante filij
 aduentum, uirgo post filij generationē, uir-
 go cum filij natiuitate, uirgo post filium
 natum. Verbo fecūda, uerbo repleta, uer-
 bo uberrima, uerbo partui digna: Humana
 quidem natiuitate, humana lege, humano
 usu, humana conditione, humana ueritate,
 illæsa, incorrupta, inuiolata, intemerata, in-
 tegerrima uerè. Diuino autem munere, di-
 uino fauore, diuina collatione, diuina adin-
 uentione, diuino dono, diuino concessu, no-
 uo opere, nouo effectu, noua efficacia, noua
 operatione, nouo partu: cū conceptu uirgo,
 in cōceptu uirgo, post cōceptū uirgo, p par-
 tū uirgo ī partu uirgo, cū partu uirgo, post
 partū uirgo: Virgo cū nascituro, uirgo cū
 nascēte, uirgo post filiū natū, Cōiunx dicta
 & uirgo, cōiunx assumpta & uirgo, cōiunx
 credita

Illefonse in
 lib. de uirgi-
 nita. Mariæ
 cap. I.

credita & uirgo, cū coniuge simul & prole
 perēnis uirgo, Ignota semp cōiugio, ignota
 tactu, ignota cōplexu, ignota maritali col-
 legio: & tunc certe, tunc nō dubie, tūc uere,
 tūc ueraciter, sancta uirgo, beata uirgo, glo-
 riosa uirgo, honesta uirgo. Sed post incarna-
 tionē incarnati uerbi, post natiuitatē dei ho-
 minis facti, post generationē in deo hoīs af-
 sumpti, post natiuitatē in deo hoīs vniti: san-
 ctior & sanctissima uirgo, beatior & beatif-
 sima uirgo, gloriosa & gloriosissima uirgo, no-
 bilior & nobilissima uirgo, honestior & ho-
 nestissima uirgo, augustior & augustissima
 uirgo: hęc ibi. Rursū idē. s. Illefonfus, Ecce
 em̄ in solito modo, insolito usu, insolito or-
 dine, insolito iure, in una p̄sona, in uno cor-
 pore, in una cōditiōe, in una ætate, alternat
 pudor uirginis, alternat in uirgine generan-
 di facultas, &c. usq; ad finē capitis. Adhęc
 ipse Illefonfus. Quare nō credis sine uiro,
 uirginem concepisse? quare nō credis pro-
 prium uirginē gestare filium? quare nō cre-
 dis uirginem manere post partum? Et reli-
 qua, usq; ad, dei mater est.

Idē in. c. 2.

Idē in. ca. 3.

Idē in. c. 10.

Præterea idem. Hanc ergo fceminā con-
 ceptio uirginem reddit, hanc fceminam par-

tus

tus uirginem seruat, hanc fœminam generatio uirginem habet, hanc fœminã filius ita post exitũ nouit, sicut ante cõceptũ inuenit.

Idem in cap.

110

Denique aptissimè uerba uirginis explicans ait. Quomodo fiet istud, quia uirũ nõ cognosco? Respondit angelus. Spiritus sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Extra hanc autem matrem, uirginem esse, uisa non est. Et alia quæ sequuntur, usq; ad. Et postquã mater nobilior uirgo. Legẽda sunt huiusmodi loca à me citata, quæ uirginitatem ipsius Mariæ indubitata ostendunt.

Augusti. sermo. 6. in natali domini.

Sed quid ille hereticorũ malleus, diuinus Augustinus de hac ipsa? Hodie super terrã canunt angeli, lætantur archangeli, gloriãtur prophætæ, inuitantur sancti, turbantur mali, gratulãtur boni, uisum cæci recipiunt, auditũ surdi claudi gressum, leprosi mundantur, tristes lætificantur, infirmi sanãtur, & mortui resuscitantur. Solus diabolus & omnia cum eo dæmonia cõtremiscunt: quia restauratur genus humanũ, per interitũ diaboli. Christus nobis hodie redemptor apparuit. Probat ergo uirtutem domini ordo nascendi,

scendi, concepit uirgo, uirilis ignara cōfor-
tū, impletur uterus nullo humano pollutus
amplexu. Vide miraculum matris domini-
ci corporis, uirgo concepit, uirgo grauida,
uirgo cum parturit, uirgo post partū. Præ-
clara ergo illa uirginitas, & gloriosa fœcū-
ditas. Virtus mūdi nascitur, & nullus pariē-
di est gemitus. Vacuatur uterus, infans exci-
pit, nec tamen uirginitas uiolatur.

Ad hæc idem Augustinus. O miracula, *Sermo. 9. in*
O prodigia, fratres charissimi: Naturæ iura *natali.*
mutantur in homine, Deus nascitur, uirgo
sine uiro grauidatur, uiri nesciam sermo dei
maritat. Simul facta est, mater & uirgo: ma-
ter facta, sed incorrupta: uirgo habens fi-
lium, nesciens uirum. Semper clausa, sed nō
infœcunda.

Rursum Augustinus. O sacrum & cæle- *Idem sermo.*
ste mysterium in natiuitate domini. Conce- *I 3. nata.*
pit uirgo, antequam sponsum haberet, par-
turit, antequam nubat: & quod ad laudē pti-
net nominis domini, & mater & uirgo cœ-
pit esse post partū. Virgo em̄ cōcepit, uirgo
peperit, uirgo post partū illibata permāsit.

Iterum Augustinus. Concipiens uirgo, *Idem sermo.*
pariens uirgo, uirgo grauida, uirgo fœta, *I 5. nata.*
uirgo

uirgo perpetua. Quid miraris hæc homo?
Deum sic nasci oportuit, quādo esse digna-
tus est homo.

*Idem sermo.
I 8. nata.*

Tandem ipse Augustinus sic concludit.
Hac die natali, est natus ex uirgine matre,
q̄ ante secula æternus est genitus ex deo pa-
tre. In illa natiuitate ex impassibili nascitur
genitore, in ista incorrupta natus ex uirgi-
ne. Illam solus pater nouit ipse qui genuit,
hæc in se sola uirgo, & mater intemerata co-
gnouit, quæ uirū in cōcipiendo nō pertulit.
In patre impassibilitas, in matre incorru-
ptibilitas. In patre p̄petua diuinitas, in ma-
tre æterna uirginitas. Sic enim ad eā dñs lo-
quitur per prophetā. Et despōsabo te mihi
in æternū: semper ergo uirgo est, quæ semp
spōsa est: & quæ uocabulo spōsæ nō caruit,
in æternū uirgo permāsit. Et despōsabo te,
inquit, mihi in æternum. Quia quæ spōsa æ-
terna dicitur, æterna uirgo probatur. Ha-
ctenus Augustinus de uirginitate Mariæ.

*Hierony. in
Esaiam. lib.
3. ca. 7. to-
mo. 5.*

Sed quid barbatus ille Hieronymus, sacra-
rum literarum diuinus interpres, de hac uir-
ginitate cantarit, attende. Dominus enim,
inquit, uirtutū, ipse est rex gloriæ: ipse de-
scendet in uterum uirginalem, & ingredie-
tur

tur & egredietur orientalem portam, quæ
semper est clausa.

Adhuc ipse. Audi quod nunquam ante
cognoueras, nouam rem creauit dominus
super terram, Absq; uiri femine, absq; ullo
coitu, atq; cōceptu: fœmina circumdabit ui-
rum, gremio uteri sui.

Deniq; idem Hieronymus. Pulchre qui-
dam portam clausam, per quã solus dñs Is-
raël ingreditur, & dux cui porta clausa est,
Mariam uirginem intelligunt: quæ & ante
partum, & post partum uirgo permansit.
Hactenus ille.

Rufini quoq; presbyteri testimoniũ audi.
Porta autem, quæ respicit ad oriẽtem clau-
sa erit, & non aperietur, & nemo transibit
per eam: quoniam dominus Israël transibit
per eam, & clausa erit. Quid tam euidentis de
conseruatione uirginis dici poterat? clausa
fuit in ea uirginitatis porta: per ipsam intra-
uit dominus Deus Israël: per ipsam in hunc
mundum de utero uirginis processit, & in
æternum porta uirginis clausa, seruata uir-
ginitate, permansit.

Quid tu pater sancte Ambrosi chri-
stianæ eloquentiæ parens, de hac in mar-
cessi-

*Incom. Hier.
lib. 6. c. 31.*

*Incom. Eze.
li. 13. c. 44.*

*Rufinus. in
exposi. Sym-
boli. apud
Hierony. to.
4.*

*Ambro. de
instituti. uir-
ginis. ca. 7.
tom. 1.*

cessibili virginitate Mariæ prōpisti: Quæ est, inquit, hæc porta, nisi Maria, ideo clausa, quia uirgo? Porta igitur Maria, per quã christus intrauit in hunc mundum, quando uirginali fufus est partu, & genitalia uirginitatis claustra non soluit. Mansit in temeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durauere signacula, cum exiret ex uirgine, cuius altitudinem mundus sustinere non potest.

Idem lib. 5.
Examerō. c.
20. To. 4.

Rursum idem. Negantur uolucres indulgere concubitu, & coniugali quodam usu, nuptialiq; copulæ forte misceri: atq; ita sine ullo masculorum concipere semine, & sine coniunctione generare: natos' que ex his in multam ætatem longæ uitæ procedere, ut usque ad centum annos uitæ eorum series producat. Quid aiunt qui nostra solent ridere mysteria, qui audiunt quod uirgo genuerit, & impossibile innuptæ, cuius pudorem nulla uiri consuetudo temerasset, existimant partū? Impossibile putatur in dei matre, quod in uulturibus possibile non negatur. Auis sine masculo parit, & nullus refellit: Et quæ despōsata uiro Maria peperit, pudoris eius faciunt quæstionem. Hęc Ambro.

At quid

At quid ille pius Gregorius pontifex, re
& nomine summus, sentiat audiamus. Si-
cut nanq; beata Maria Christū peperit uir-
go, & post partum incorrupta permansit:
ita & mater ecclesia filios deo sine dolore
generat, & virgo semper illibata perseue-
rat. Hæc ipsius.

Greg. in exa-
plana. Psal.
4. pœnitens
tia. tomo. 2.

Græcorum doctorum attestazione, virginitas
Mariæ commendatur, laudaturq;.

Cap. XIX.



Setiam aureū, Græco-
rum signifer Chriosto-
mus, non minus erudite
quàm pie, de hac ipsa vir-
ginitate verba faciens,
inquit, Nō enim frustra
posuit. Ecce virgo in v-
tero habebit: sed cū ante dixisset: ipse do-
minus dabit vobis signum, continuo subie-
cit: Ecce uirgo in utero habebit. Et certè si
puella quidem in vtero esset habitura, sed
hoc tamen communi fieret lege connubij,
quod tandem id signum fecisset? Signum
quippe omnem prorsus consequentiam, &
ordinem rerum debet excedere, & nouum
debet esse in omnibus, atq; solenni more di-

Chrisos. ho.
5. in Math.
tomo. 1.

uersum: aliter uerò signum esse nō poterit.
Hæc ille.

Cyrrillus. Ho.
mi. 6. to. 4.

Cyrrillus quoq; mōtis Carmeli sanctissimū decus, inquit. Et q̄s adeò valet eloquio, vt plurimum laudatam Mariam satis celebret; Ipsa & mater est, & virgo. O rē admirandā. Miraculum hoc me itupidū reddit. Quis vnquā de architecto audiuit, qui suum ipsius templū construxerit, & in eo habitare prohibitus sit? Quis nam ob id vituperetur, quod propriam famulam in matrē asciuerit? Hæc noster Cyrrillus.

Basilus Ho.
25. tom. 1.

Et magnus ille Basilius quid sentit? Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet. Quoniam uerò non petierat signum, nec profundum, nec sublime, vt cognitum esset, quod qui descendit ad inferiores partes terræ, idē & supra omnes cœlos ascenderet, ideò ipse dominus signum dedit. Signum tamen non vulgare, nec cōmune, sed extraordinarium, & prodigiosum, ac valde communem excedens naturam, uirgo uidelicet & mater, & in uirginitate sancta perseuerans gloriā nihilominus ac benedictionem pariēdi sortita. Hactenus ipse.

Athana. lib.
cōtra Ariū.

Athanasius similiter Alexandrinæ urbis episcopus.

episcopus. Intemerata pudoris integritate, & infractis uirginalibus claustris, mirabili incorruptionis integritate, Maria filiū genuit. Hæc ipse.

Et Gregorius Naziāzenus. Si quis dicit Christum per uirginis uterum, tanquā per canallem cucurrisse, & non in ipsa formatum fuisse, diuinè pariter & humanè; diuinè quidem, quia sine viro: humanè autem, natiuitatis lege, pariter impius habeatur. Hęc ibi.

Grego. Nazianzen. epistola. I. ad Clidonium.

Diuis etiam Ioannes Damascenus sic affatur. Quemadmodum verò qui conceptus est, virginem conpicientem seruauit: sic & natus ipsius uirginitatem seruauit illæsam: solùm transiuit per eam, & clausam seruauit ipsam. Manet igitur & post partum virgo, & semper uirgo: nullo modo enim vsque ad mortem, uiri admittit cōtactum. Hęc ille.

Dama. li. 4. fidei orthodoxæ. c. 15.

Horum autem primus Origenes Adamātius probe cecinit de uirginitate laudes. Et quis, inquit, cogitare potuit, vt mater uirgo esset, & intacta generaret, quæ uirgo permansit, & genuit? Si enim quondam rubus comburi videbatur, & ignis eum non tan-

Orige. ho. 1. in diuersos. tomo. 3.

Exod. 3.

R ij gebat:

Dani.

gebat: Et sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamen eos nō lædebat incendium, nec odor fumī erat in eis: Vel quemadmodum Danieli intra lacum leonū incluso, claustris non apertis allatum est prādium ab Abacuch: ita & hæc virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit. Mater effecta est, sed uirginitatem nō amisit. Hæc Origenes.

Theophil. in
Math. c. I.

Esa. 7.

Chrisostomi verò æmulator Theophilactus, non insulse huius dominæ nostræ uirginitatem extollens, ait. Fide dignū oraculum est. Ecce uirgo pregnans erit. Dicunt Hebræi, quòd non habetur in propheta uirgo, sed adolescentula. Ad quod dicendū quòd in scriptura idem sit adolescentula, & uirgo. Adolescentulam enim nominant incorruptam: quoniam nisi peperisset uirgo, quomodo futurum erat signum, & admirabile? Audi enim Esaiam dicentem. Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum. Et statim addit, Ecce uirgo, &c. Alioqui si nō pareret uirgo, signum non esset. Deprauarunt ergo Iudæi sua malitia scripturam, & pro uirgine, adolescentulam ponunt. Igitur siue adolescentula uocetur, siue uirgo, omni-

omnino uirginem intelligere oportet, ut & hoc sit miraculum. Hæc ipse.

Euthimius quoq; monachus Zigabonus inter Græcos nō infimæ autoritatis sic ait. Zacharias siquidem multa habuit exēpla susceptionis liberorum, Saram, Rebecam, Rachellem, Annam: uirgo autem nullum. Nulla enim uirgo, ad id usq; tempus sine uiro conceperat, & pepererat. Hæc ipse.

Euthi. super
Lucam. que
modo fiet
istud.

Ad autores Latinos iterum reuertitur, ut uirginitatis Mariæ dignitas cognoscatur.

Cap. XX.



TERVM ad Latinos interpretes nostra sese cōuertat oratio. Lactantius enim Firmianus, qui propter miram eloquentiam Tullius christianus nominatur, sic inquit.

Lactōtius. li.
4. diuina. in
sti. cap. 12.

Descendens itaq; de cœlo spiritus ille dei, sanctam uirginē, cuius utero se insinuaret, elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta cōcepit, & sine ullo attactu uiri, repente uirginalis uterus intumuit. Quod si animalia quædam uento, & aura concipere solere,

R iij omni-

omnibus notum est, cur quisquam mirum putet, cum spiritu Dei, cui est facile quicquid vellit, grauatam esse uirginē dicimus? Hæc Lactantius.

Tertulia. de carne Christi.

Non immemor fuit huius laudis acutissimus Tertulianus, dum dixit. Non'ne nasci debebat nouæ natiuitatis dedicator: de qua signū daturus dominus ab Esaia prædabatur. Quod est istud signū? Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium. Concepit igitur uirgo, & peperit Emanuelem, nobiscum deum. Hæc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo, in quo homine deus natus est, carne antiqui feminis suscepta, sine antiquo semine: ut illam nouo semine, id est, spiritualiter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expectatā. Hactenus ipse.

Hilarius. lib. 2. de trinit.

Quid tu dicis Hilari? Mariam angelus benedicit, matrem filij dei uirginem pollicetur. Illa uirginitatis suæ conscia, difficultate facti commouetur: angelus ei diuinæ operationis efficientiam exponit: ait enim. Spiritus sanctus de sup ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Hæc huius.

Cypria. ser. de nata. christi.

Et tu Cypriane? Erat, inquit, Mariæ pro-

proprium priuilegium, quod nulla mulierum, nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul mater & uirgo, singularis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & uirgini abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spiritali & corporali, in-
tus & extra, Christi præsentia fruebatur. Hæc ipse.

Sed quid tu sanctissime Leo pontifex proculdubiò maxime? Oportuit, ait, ut primam genitricis integritatem, nascentis incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanctitatis hospitium, diuini spiritus uirtus infusa seruaret, quæ statuerat deiecta erigere, confracta solidare, & superandis carnis illecebris, multiplicatam pudicitiaæ donare uirtutem, ut uirginitas, quæ in alijs non poterat salua esse generando, fieret & in alijs imitabilis renascendo. Hactenus Leo.

Adhæc melifluus ille Bernardus de hac ipsa Mariæ uirginitate cecinit, dicens. Non solum sine pudore conceptus, & sine dolore partus, sed & mater & sine corruptione. O uerè nouitas inaudita. Virgo peperit,

R iij &

Leo Papa
sermo. 2. in
natiuit. dñi.

Bernar. ser.
4. in uigil.
nata. dñi.

& post partum inuiolata permansit, foecunditatem prolis cū carnis integritate, & gaudium matris habens cum uirginitatis honore. Hucusq; ille.

Anselm. Ho.
Lucæ. 10.
intrauit Ie-
sus.

Præterea beatus Anselmus uirginis Mariæ nō exiguis emulato inquit. Si cuilibet uirgini desponsatæ in animo suo disponenti nubere diceretur: filium habebis: non miraretur, neq; interrogaret: quomodo istud fieret. Vt pote quæ se desponsatam, & in proximo nupturam sciret, & ingrauidari usu naturæ speraret: hæc autem non immerito mirata est, & quomodo fieret, quod promittebatur sciscitata: quoniam quamuis desponsatam, tamen se nunquam nupturam, neq; uirum cognituram certissime sciebat. Hæc ille.

Beda lib. 1.
in Lucam. c.
2. tomo. 2.

Accedat & venerabilis Beda, & suam sententiam in medium proponat. Quod ait adaperiens vuluam, consuetæ natiuitatis more loquitur. Non quod dominus noster sacri uentris hospitium, quod ingressus sanctificarat, egressus de uirginasse credendus sit, iuxta hæreticos qui dicunt, beatam Mariam uirginem usq; ad partum, non uirginem esse post partum: sed iuxta fidem catho-

tholicam clauso uirginis utero, quasi spon-
sus suo processisse de thalamo. Hactenus
Beda.

Iuxta horum sententiam Ricardus à san-
cto Victore ait. Audisti de matre. Ecce uir-
go concipiet & pariet filiū. Quantum hoc
esse putas? Quàm magnum, quàm mirum,
quàm insolitum, quàm stupendum, quale,
uel quàm magnæ rei signum? A seculo nõ
est auditum uirginem concepisse, uirginem
parere, & post partum inuiolatam perma-
nere.

Haymo tantundem episcopus Halber-
statis ecclesiæ de hac ipsa est uirginitate
locutus. Fiat inquit Maria, mihi secundum
uerbum tuum. Fiat sine uirili semine conce-
ptus in uirgine. Nascatur de spiritu sancto
integra caro. Sanctum quod nascitur de ho-
mine matre, sine homine patre, uocetur fi-
lius Dei. Hæc ille.

Poteris etiam Petri Damiani audire de
hac uirginitate testimonium. O mirabiliter
fœcunda uirginitas, quæ nouo, & inaudito
miraculo mater dici possit & uirgo: qui to-
to mundo non capitur, puellæ in nuptæ
membris infunditur, Sentiebat quidẽ pon-

R v dera

Ricardus li.
1. de Emma.
nuc. ca. 12.

Haymo. fes-
tia. 4. qua-
tuor tempo-
rum missus
est.

Pet. Damia.
in quodam
serm. super
Euang. liber
generati.

dera uentris, quæ pudorem non amisserat castitatis: mirabatur partus insignia: quæ nulla nouerat uiri contagia: erat spes in partu, cum non fuisset uoluptas in coitu: immensum concepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit: qui sibi & munus fecunditatis attulit, & conceptus uirginitatis decus non abstulit natus, qui antequam nasceretur, talem creauit eam, ut dignè nasci posset ex ea. Hæc ille.

S. Tho. 3. p.
q. 28. ar. 3.

Et beatus Thomas angelicus doctor, insignisq; uirginitatis Marię zeletor, ait. Simpliciter est asserendum quod mater Dei sicut uirgo concepit, & uirgo peperit, ita etiã & post partum uirgo in sempiternum permansit. Hæc huius.

S. Bonauē. in
3. sen. dist.
4. ar. 3. q.
2. ad. 4.

Acutius multo seraphicus doctor Bonauentura Franciscanæ familiæ præsidium singulare, inqt. Duplex fuit hoc miraculum, uidelicet in potētiae collatione, & in ipsa operatione. In fœcundatione autē mulierū steriliū, sicut Saræ, & Elisabeth solū fuit miraculum, in restitutione potētiae in hoc quod est ibi sterilis fœcundata, sed non fuit miraculum ibi in executione: quia non simul mansit sterilitas & fœcunditas, imò fœcun-

cunditas abstulit sterilitatem. Hoc autem fuit singulariter admirabile, quod fecunditas uirginis Mariæ non abstulit uirginitatem, sed nec uirginitas exclusit fecunditatem. Hæc ipse.

Nicolaus quoq; Lyranus super illud. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, ait. A doctoribus catholicis sic exponitur, id est, beata uirgo Maria, quæ à prophetis est denuntiata, concepit & peperit manens uirgo. Hæc illius.

*Lyra. in glo-
sa super Es-
aiam. 7.*

Adhuc etiam beatus Illefonfus in libro quẽ edidit cõtra eos qui de uirginitate eius ac parturitione disputant, sic est de Mariæ puritate locutus. Beata uirgo Maria, nisi in utero matris sanctificata esset, minimè eius natiuitas colenda esset. Nunc autem quia autoritate totius Ecclesiæ ueneratur, constat eam ab omni originali peccato immunè fuisse: per quã nõ solùm maledictio Eux matris soluta est, uerũ etiã benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quando nata est, delictis subiacuit, nec originale peccatum in utero, sanctificata contraxit.

S. Illefonsi.

Idem beatus Illefonfus in sermone de assumptione, inquit. Descendit sicut pluuia in vellus;

vellus: quia cœlestis imber, id est, unda diuinitatis virgineo velleri placido se infudit illapsu, quando uerbum caro factum est.

Item in eodem, Cùm claustrum matricis & genitale uirginis, esset clausum, & signatum sigillo pudoris, nō potuit obstare partui integritas corporis: nec eguit referari, quia non potuit ut esset ei tormentum, qui erat honor matris & gaudium: sed totum erat ei peruiū in ea, quicquid erat clausum: quia totum erat ei deificum quod natum. Hæc ipsius sanctissimi patris testimonia.

Epilogus.

Potuissem adhuc plures citasse autores, huic ueritati catholicæ apertissimè patrocinantes, nisi dum ultimam beati Illefonti mihi citanti sententiam, duodecima diei sonuisset hora: cogor deniquē finem ponere huic curæ, quoniam tempus relectionis accessit, & tanta pietate indignum esset, te ipsum fraudare. Quare quæ de trinitate à nobis secundo loco, & de uirginis Mariæ maternitate tertio erant explicanda, in alium differamus diem, quando te iterum aduentare ad urbem contingerit, & nos à curis, & negotiorum, qua premimur magnitudine, inueneris liberatos. Tunc enim multò abun-

abundantius, & forſam utilius doctius' que
 ampliffimo tuo ueritatis addiſcendæ deſi-
 derio, & noſtræ Theologicæ profefſioni,
 Deo id nobis miſericorditer præſtante, ſa-
 tiſficiemus. Nūc autem hæc (qualiacunq;
 illa ſint) à nobis tanta temporis breuitate
 explicata, à te frequentius per legantur, tuis
 amicis, affinibus, conſanguineis, ac parenti-
 bus communia facito: & quæ ardentè po-
 ſtulati, ardentius corde, ore, animo, ac ope-
 re tractes, ut pro rei magnitudine, & tui
 animi pietate, in futura uniuerſorum bono-
 rum retributione, præmium copioſiſſimū,
 & quietem conſequaris optatam, præſtante
 domino noſtro Ieſu Chriſto ſanctiſſimæ
 uirginis Mariæ (cuius uirginitatem li-
 cet indigni laudauimus ambo)
 gloriſiſſimo filio, qui cum
 patre & ſpiritu ſancto
 uiuit & regnat Deus
 in ſecula ſeculo-
 rum, Amen.

*

F I N I S,

Cen-

22 Censura, approbatioq; huius
operis.



IDI ac perlegi ego Pe-
trus Maça Theologus,
& pro Patribus hereti-
cæ prauitatis Inquisito-
ribus examinatus, hoc
opus sententiarum, quas
sanctissimi patres in lau-
dem uirginitatis beatæ Mariæ pronuntia-
runt, editum à R. Magistro fratre Michaë-
le Carrança ordinis Carmelitarum, in quo
omnia fidei orthodoxæ ac sanctorum pa-
trum sententijs consona, uariosq; sacrae
scripturae locos explicatos, multaq; diuer-
sorum sanctorum placita cursim citata re-
peri. Et ideò tanquã fidei catholicae cõso-
num, & uirginis Mariæ laudes eximias cõ-
tinens, typis excudendum, meritoq; euul-
gandum censeo. In cuius rei testimonium,
ac fidem, huiusce literis examinationis, ap-
probationisq; manus propriae subscriptio-
nem adiunxi. Dat. Valentia. 16. No-
uembri. Anno incarnationis
dominicæ. 1556.

Magister Petrus Maça.

Errata libelli sancti Illefonti.

Ago pro Ego. folio. 1 1. pagina. 1. lineã. 1. 5. homo pro hoc. fol. 24. pag. 2. lin. 2 5. numius pro nimius. fo. 27. pa. 2. li. 1 6. asserauĩ pro asserui. fo. 3 8. pa. 1. lin. 1 2. iusta pro iussa. fo. 4 5. pa. 2. lin. 2 6.

Errata secundi operis.

Habentur pro habeantur. follio. 6 1. pagina. tollete pro tollere eod. in te pro iure. eod. fo. & pa. li. 1 8. appellatem pro appellatam. fol. 7 1. pa. 2. lin. 1 7. Mulcetur pro mulcent. fol. 8 0. pag. 1. lin. 1 1. atq; pro atqui. fo. 8 3. pa. 1. li. 1 4.

22 Censura, approbatioq; huius
operis.



IDI ac perlegi ego Pe-
trus Maça Theologus,
& pro Patribus hereti-
cæ prauitatis Inquisito-
ribus examinatus, hoc
opus sententiarum, quas
sanctissimi patres in lau-
dem uirginitatis beatæ Mariæ pronuntia-
runt, editum à R. Magistro fratre Michaë-
le Carrança ordinis Carmelitarum, in quo
omnia fidei orthodoxæ ac sanctorum pa-
trum sententijs consona, uariosq; sacrae
scripturae locos explicatos, multaq; diuer-
sorum sanctorum placita cursim citata re-
perij. Et ideò tanquã fidei catholicæ cõso-
num, & uirginis Mariæ laudes eximias cõ-
tinens, typis excudendum, meritoq; euul-
gandum censeo. In cuius rei testimonium,
ac fidem, huiusce literis examinationis, ap-
probationisq; manus proprię subscriptio-
nem adiunxi. Dat. Valentia. 16. No-
uembris. Anno incarnationis
dominicæ. 1556.

Magister Petrus Maça.

Errata libelli sancti Illefonfi.

Ago pro Ego. folio. 1 1. pagina. 1. lineã. 1 5. homo pro hoc. fol.
24. pag. 2. lin. 2 5. numius pro nimius. fo. 27. pa. 2. li. 1 6. asserauĩ
pro asserui. fo. 3 8. pa. 1. lin. 1 2. iusta pro iussa. fo. 4 5. pa. 2. lin. 2 6.

Errata secundi operis.

Habentur pro habentur. follio. 6 1. pagina. tollete pro tollere
eod. in te pro iure. eod. fo. & pa. li. 1 8. appellatem pro appellatam.
fol. 7 1. pa. 2. lin. 1 7. Mulcetur pro mulcent. fol. 8 0. pag. 1. lin.
1 1. atq; pro atqui. fo. 8 3. pa. 1. li. 1 4.



VALENTIÆ,
Excudebat vidua Ioannis Mey.

1556.





11

14

11

14